No 30. 1834.

Groenwolt, J. S

Head 23/9/52

MEDICINA

GENTILIS,

HOC EST

NOSOS H ΛAIKH,

VEL


MORBI SUB DIRECTIONE INSOLITA.

(Directio scilicet morborum Gentilis hodie primum quae recognita melius videtur.)

GRONINGAE 1832.
SUMPTIBUS AUCTORIS.

TYPIS P. S. BARGHOORN.





Qui loquitur Eutyche! animo liceat esse libero
J. S. G.



ΝΟΣΟΣ Η ΛΑΙΚΗ

VEL

MORBI SUB DIRECTIONE (INSUETA) INSOLITA. *)

Inter conponendum hocce opusculum, Auctor majori cum Aestimatione recordatur Facultatis Medicae Groninganae, ejusque Membrorum. (Sociorum).

*). Omnia quae conservavit memoria si computantur, Directio Gentilis septem annos perstitit; anno quippe 1823 resurrecta, ineunte anno 1831 requievit, utpote quae Directio tempore posthabito non nisi mixta intueri potest.

Quaeque viri docto Veteres fecere Novique
Pectore Lecturis inspicienda patent.

Ovid. Trist,

MINERVAE SACRUM.

PRAEFATIO.

Siquis est Homo qui nulla gavisus qualitate publica nulli peculiari characteri adstrictus vel si mavis, si quis nullo officio publico functus in se suscipiat in vacuo quodam sociali aliquid novi et momentosum ut sibi videtur, publice in lucem edere; saepissime et quidem plerumque jure merito accusatur sapientiae inversae et arrogantiae vel imaginationis liberalioris; saepe hoc fine, ut illud novum aeque ac nix nuper praecipitata, radiis solaribus exposita, brevi tempore liquescat, evanescat; ita ut saepe nec vestigium hujus remaneat: quando illud locum habet in rebus medicis, talis homo a longe plurimis hominibus habebitur circulator, et hoc nomine salutabitur: ultimum autem hoc aut agnomen circulatoris, non ab omni parte huic scriptori est conveniens: circulator vel circumforaneus quippe pileo phalerato et cirrato, tunica levicolori ad margines fimbriis circumvoluta et diversae mercedis,

ipse ludens vel qui tibia musica abs tibicine ludi curat, brevet instructus, vel et sine his, est homo qualitatis characteris publici; tamdiu usquedum ut ille jussu magistratus vel et a lictoribus vel politiae ministris abigatur. Ne autem turba curiosior omnino inscius maneat de opusculi scriptore *ejusque conditionibus, ad finem scripturae nomen et conditio vel si velis* qualitas scriptoris *sine mora subscribentur.*

Studia, theoriae et experientia ad lectos aegrotantium temporibus praesertim protractis, procreaverunt fructus tales quales nunc hic turbae medico de feruntur num vero hi fructus jam ad maturitatem sint perventi, num sint acerbi, tempus posterum vel posteritas et forsitan sola haec decidere valebit.

Spijk in Groningia MDCCCXXX.



INTRODUCTIO.

Ordiendum est abinitio. *Nepos.*

Quando Amplexum et statum rerum Medicarum contemplamur, a Viris tam antiquioris quam recentioris Aevi provectum, et ab Observatoribus Excellentissimis Stabilitum; vix est quod miremur Hominem Ingeniosum eo esse adductum, ut Litem asspiciens quam fieri videbat, postquam corpus Humanum Organicum vivum a causa morbosa erat affectum, Luctationem virium vitalium cum vel contra ejus Hostem conspiciens, his sequelis, quod Primum corpus humanum organicum scilicet nunc triumpharet, nunc e contra suo hosti succum

beret, aut obtereretur, et simul phaenomena, quae durante hac Luctatione in conspectum prodibant, animadvertebat; Hominem illum inquam Ingeniosum eo adductum esse, ut ille primum ut clientem suum in tutelam recipiens, illi, illic, ubi in Hostem suum nimis fortiter se praestabat, cliens vel ubi robur necessarium illi deerat, priori in casu vel Robur ejus refrenabat, vel quando illud simul perverse adhibebatur, in viam rectam ducebat; et secundo in casu vel plus roboris reddebat, vel et obstacula actionem hujus impedientia, demebat; sponte quasi sua pervenit Ingenium hoc ad Haec Dogmata: Humanum animale corpus a morbis afficitur, Praecipua ejus pars est fibra solida, haec morbose afficitur, fibra solida vi vitali propria est praedita, fibra haec vel potius ipsius vis vitalis reagit in causam morbosam, dum phaenomena multa morbosa peregrina *agendi* exempli gratia *febrem*, multa peregrina phaenomena *Exeundi* Exempli gratia *sordes Gastricas* in lucem proferat: ut Rem in pauca Contrahamus, Perventum est ad haec Dogmata firma. Vis vitalis morbose affecta, fortiter reagit, et quando stimulus qui hanc morbosam affectionem produxit, cuntinuatur, et vis vitalis in se ipso multum Energiae continet, accidunt morbi cum

aucta Irritabilitate, accidunt morbi sthenici Inflammatorii; aut in causam morbosam affecta vis vitalis minus fortiter agit, aut vis vitalis in semet ipso minorem copiam Energiae continet, jam accidunt morbi cum Irritabilitate diminuta, morbi accidunt Asthenici Typhodes Priori in casu vis vitalis incitata tam fortiter nonnunquam reagit, ut vel ipse exhaustus succumbere debeat; vel et organa vel Partes per et circa quae haec reactio fortis fit, ita mutantur, ut ne quidem amplius vitam vulgarem sustinere valeant: vel secundo in loco hic occurritur causae morbosae vis vitalis, in semet ipso parum Energiae continens; vel et organa et Partes afficiuntur, quae tanquam Provisores (Leveranciers) vis vitalis sunt habendae; Nervi exempli gratia sunt affecti, ita ut vis vitalis nolens volens succumbere debeat; vel etiam Organismus parum valens vita exstinguitur. Haec itaque sunt *Maximum* ad quod Methodus medendi hodiernus dirigitur, debilitatem conatur inferre in statu sthenico; incitat vim vitalem nimis invalide agentem: Exinde uno quasi ictu permultae Praxeos difficultates sunt semotae; Hac res statutae stipum constituere, ad quem Artis, Peritus tuto cursum dirigere potuit. Ita inveniebantur inter Eruditissimos et inter Expertissimos antea in-

veniebantur Medici qui jam variae Variolarum species exempli gratia, non ad unum eumdemque ordinem vel morborum classem admitti tolerabant: Alter putavit, ut tunc temporis locuti sunt, esse morbum Variolas intense Methodum antiphlogisticum exigentem, dum Alter hanc Methodum omnino respuendam esse judicavit: Exinde derivandae sunt tot diversae Rationes Medendi uni eidemque morbo: Si vero res circumstantes consideramus quibus cum hicce Morbus sese offert, et in omni tempore se obtulit; si consideremus Aetatem, sexum, Influxus Epidemicos etc. conspicuam agendi vim in hanc excercentes nequaquam admirabimur has inconvenientias, cum nulla generalis Medendi Methodus datur, quae interdum non huic morbo optimum effectum praestitit. Haec quamvis sint vera, non tamen dant rationem sufficientem, quare Juvenem Medicum experientia nondum ductum, harum diversarum medendi Methodorum, non cum causa miseresceret; sub his faciebus non semper optima medendi methodo ad manum invenienda, Optio et Eventus saepius medendi methodum constituerunt non prius, quam Mors jam Proh Dolor! certum numerum Aegrotantium secum sumserat: Ille vero cui Theoria hodierna commendata est, vulgarem Generalem medendi methodum

cum sua Praestantia in manu quasi tenet; a variantibus faciebus morborum non e calcare se duci patitur; confestim re in vera Activum agere potest, etiam absque quod totam praesentem Morbi formam in omnibus suis partibus a Priori comprehendat: Cum autem omnes Morborum formae sive Generales, sive topicae, proprias suas qualitates secum vehunt, juxta quas illae, *Generales* exempli causa unam corporis Partem prae alia afficiant morbose, *Topicae* exempli causa ob compositionem organicam Peculiarem et propriam Partium Functionem, ordinario quod ad Remedia adhibenda attinet, ostendunt quemdam *Dilectum.* Et cum Permutatio tam quod Infectionem causae morbosae spectat, quam etiam et qnidem numerosius cum a Reactione organismi ipsius factae Permutationes sunt tanti momenti, ut quod ad essentiam et Formas morborum praesentium attinet, tantam vim in morbos saepe excerceant, ita ut Auctoritas simplicis quidem sed nihilominus magnae efficaciae Dignoscendi et curandi modus, Puta Reactio aucta vel diminuta ab his saepe multum detrimenti patiatur, imo nonnunquam huic cedere debeat, concluderunt inde *Physici Medici Sophistae*, has Permutationes cum prioribus morborum conditionibus in eumdem ordinem esse ponendas,

quod tamen quodammodo cum veritate Logica pugnat; cum Posteriores solummodo aeque ac illud locum habet de quavis causa morbosa Epidemica, ad causas morbi remotas possint reduci: Miasmati Typhoso in systhema Nerveum agenti, saepissime magis peculiariter hoc systhema Nerveum micanti, videmus saepe debilitatem magnam virium vitalium citissime succedentem: in subjectis quidem satis robustis: Idem vel simile quid videmus sed minori in gradu, si quando sordes in primis viis hospitantur: quod interdum quidem nimis injuste praetervisitur.

Infertne Miasma typhosum tam conspicue debilitatem systhemati nerveo miasma huic simillimum hanc saepe excerit vim in systhema fluidorum, ut ita dicam; huic posteriori saepe subsequitur tantus nisus in Putredinem, vel quantum vivens organismus illud permittit, essentialis vel vera conditio putrida locum habet, ut summam mereatur attentionem: (Haec altera experientia melius recognita similem ac priorem comparationem fere admittit:) Hinc est quod hos diversos ordines morborum Capitales Auctores assumserint.

I. *Ordo primus.*

Hic respicit in Actionem virium vitalium, ab aucta vel diminuta actione virium vitalium

concomitatur, et in omni morbo putabili, majori vel minori in gradu locum habet.

1mo. Reactio adaucta exsuperans exigit cohibitionem; 2do Reactio diminuta incitationem requiritur.

II. *Ordo secundus.*

Hic maximi est momenti in morbis; saepe tanti momenti, ut solus verus in multis morbis habeatur: Continet praecipue has tres varietates.

1ma. Causa *contagiosa vel si mavis causa morbi proprior.* Haec nonnunquam cito amoveri potest; et sublata causa, cessat effectus.

2da. Magna Inclinatio vel Nisus fluidornm in Putredinem cuidam dicto contagio subsequitur, quae Emendationem exigit.

3tia. Status gastricus: Sordes gastricae amoveri debent.

Morbi vero ordinis primi perse subsistere queunt, sine quod ab ordine morborum secundo sint concomitati; Morbi Ordinis secundi sine praesentia morborum primi ordinis, vix sunt putabiles.

Versus finem decimi octavi, sed praecipue circa finem primi *trimestrii Secularis*, *Balloma* aevi decimi noni, Medicina ad illam pervenit altitudinem, ut status ejus sublimis admirari debeat: Tam Theoriae quam Praxeos Medici Artis paene sunt majores! Sed quid contingit diebus ultimis celsitatis suae? vel

ad finem Ballomatis primi aevi decimi noni quaenam accidunt?

AD

Fastigium *) summum Praestantiae Medicinae:

Nunc oboritur maxima Revolutio huic Arti vel Scientiae excogitabilis. Jam abhinc ab aliquot annis multi morbi ostentabant characterem dubiosum; multi morbi graves videbantur,

---

*). Interea quod Medicina illam altitudinem capere potuit, Materies medica cum illa Arte pari passu ambulavit, si enim ut unum tantum excemplum adferamus, si comparemus hodie, multorum morborum externorum satis gravium curationem, cum ea quae olim apud Medicos et nunc adhuc apud Homines quibus haec Professio non ex aperto est commissa, quodammodo in usu est, curationem scilicet illorum malorum cum succis expressis e Regno Vegetabili; si comparemus cum tam simplici verum nihilominus perquam efficaci Remedio, scilicet Aqua Vegeto minerali, Aqua Goulardi, de hujus Veritatis 'certitudine nosfacile convictos habebimus; si praeterea verum esset, quod efficacia primorum cum posteriori remedio posset aequi poni, quantae difficultates Medico praesertim Juniori se offerrent, si, quod ponamus e scriptis undique dispersis Veterum et ex Arcanis incognitis Hominum non Medicorum, et etiam ex propria sua experientia Priores prae Posteriori sumere deberet, quanto numero forte vix exprimendo Plantarum egeret, ut Remedium huic Aquae vegeto minerali simile acquireret; si possideret, quomodo omni in casu a corruptela conservare posset, ut in omni tempore posset uti?

qui licet haud peregrini, tamen rariores conspiciuntur; hi autem saepius cum probe agniti et bene curati essent, saltem apud nos felici successu certe medebantur a nobis. Cui enim Medicorum obtingit, tam brevi temporis spatio aliquos Aegros in curam suscipere et mederi, Carditide et Inflammatione Arteriarum laborantes! casus tamen hi nobis sese obtulerunt Ante omnia fausti eventus qui hos morbos secuti sunt, exspectationem superaverunt. Inde est quod cum aliqua Veritatis specie ponere liceat, jam hic transitui vulgarioris ad magis insuetam cladem Locus dari. Hic status Rerum sub diversis imaginibus nunc Vulgariorum nunc magis insuetorum morborum haud numerosiorum, perduravit fere ad medium Anni 1826. Annus 1825 annotavit apud Nos minorem numerum Aegrotantium, et annumeravit minorem numerum Mortuorum, quam qui quotannis dari solet. —

Primum Trimestrium Anni 1826 haud majorem numerum morborum dedit, quam Vulgo observamus; tempore subsequente numerus vix est auctus, donec circa solstitium Aestivumde Improviso hic et illic multi morbi se inopino ostendebant; hi continuarunt circumcirca Autumnum provectiorem, et in Hyemem anni 1827. Prope Aequinoctium Anni 1826 Epidemia summam


celsitatem (non magis propter magnum aegrorum numerum vel morborum splendorem quam morborum vel Directionis verae indolis recognitione hoc anni tempus est memorabile) conscenderat, Magnus numerus Incolarum aegrotabat, perpauci fuernut; qui hujus cladis immunes manserunt: ad Malignitatem Epidemiae quod attinet, nobis non fuit causa questus, tempore illo, abundante copia Aegrorum, vix ullos amisimus Patientes Postea Funera frequentiora fuerunt, sub parciore numero Aegrorum: Si nunc attentiori animo respiciamus in Medicum undique cinctum ab Aegris, veluti sors illi fuit in summo Vigore Epidemiae, vel dictae statis Epidemicae morbosae, nunc vel in Progressu conspicit tot phaenomena illi incognita, quae morbi adspectui ostendunt, hic conspicit tot inexspectatos eventus cum et sine adhibita medela Medica, ita ut si Ars medica et Valetudo aegrotantis Antropoëias illi revera cordi sint, Dessolatione corripi debeat; cum videat Prospectus Essentiae morborum et Prospectus Eventus morborum, Diagnosin et Prognosin toties in Nihilum abire: An Medicus hoc sibi attribuet? aut illud Medicinae qua Arti vel scientiae, aut morbis ipsis attribuendum erit? Licet apud nos Epidemia forsan minori in gradu suam malignitatem quam aliis in Locis sentiendam praebuerit, ta-

men vel sic, durantibus dictis Temporum Periodis, sat magnum Numerum aegrotorum in cura tenuimus, ut CUM EUPHONIA de Essentia de charactere et Proprietatibus Epidemiae hujus et de meliori curandi methodo possimus Judicare. Jam ante Inceptum hujus *Νοσον Της Λαικης* non immemor eram Rerum singularium, quas morbi illi alioquin rariores Annorum modo praegressorum, illorum insuetae indolis et insuetorum exituum saepe non semper bonorum, praebuerant. Cum Aestate et praesertim Autumno, quando uti vidimus aegroti numero plurimi erant, Curatio vel curandi Methodus non uti solitum est apud nos in morbis autumnalibus, quod praesertim characterem febrium Remittentium et Intermittentium cum sordibus Gastricis vel ita dictarum febrium Biliosarum ostendebant, hisque accommodata methodus antigastrica non satisfaceret, sed fere quodvis aegrum Individuum peculiarem suam medendi Methodum exigeret, cito in animum incidit Methodum medendi praecipue ad symtomata debere regulari; quum sese symtomata katexogen offerrent, conspectui Theoretico satisfactum erat: Plenitudo diversissimarum Formarum morbosarum omnium hoc modo cum fructu curatarum, divulgationem et satisfacientiam hujus Epidemiae mihi luculenter cognitas

reddidit; quare mecum suscepi de hac Epidemia *Περι Της Νοσου Τῆς Λαικης* Epitomen componere, quodammodo accommodatam Judicio medico Hodierno, in multis vero rebus vel casibus, aeque ac haec Epidemia ab alio assueto diversum. — Verum est, superavimus paene hunc morbum Epidemicum vel potius hunc morbum Popularem vel Gentilem; sed in Historiis omnigenis, tam frequenter mentionem factam invenimus, de terribilissimis depopulationibus et Aerumnis a morbis Gentilibus effectis, ut si quis putet, Rectam indolem justum characterem talis morbi Gentilis recognitum habere, ab omni parte modo vel Methodo curandi stabilitum, talem certe non aliter posse, quin de his sententiam suam publice in lucem edat. Quid exempli causa ut animum vertamus in illud quod hodie fit, quid censendum fuit de Epidemia quae nuper Hispaniam sed praesertim unam e majoribus illius Regni urbibus *Gadatanes* cadix, adeo devastavit, an ille morbus re in vera febris flava fuit? Febris flava certe est morbus endemicus Americae, sed Hispaniae? An ob illius morbi dubiosum characterem non in omni puncto cognitum, et propter Idaeam diversam a Doctissimis medicis de illo Prolatam, non potius de Morbo Gentili ut ille Provinciae et praesertim urbis Gronin-

gac fuit, cogitandum esset? Praesenti Tempore Anno 1828 character illius morbi Gentilis saepe adhuc clare agnosci potest; quid quidem denique cogitandum erit, de morbo Epidemico, qui Peninsulam Gibraltar adeo affecit, et ibi tam graviter grassatus est?

Illud quidem certum est, nulla totius Medicinae Pars minus exculta est, quam quae cum Directione nostra Gentili obtinet, nulla pars etiam est, quae magis indiget Polituram, quam que adeo meretur!



CAPUT PRIMUM.

§ 1.

Hodie Tempore Gastrica organa prae reliquis morbose laboravere. Autumnus Anni 1826.

Initium Bonum Dimidium Totius.

VEL

Explicatio Generalis morbi Gentilis.

Morbus Gastricus qui hic loci adhucdum grassatur, saepius offert diversitates, easque saepe multas, tam propria sua Indole ut morbo Viscerum chylopoyeticorum, quam et quidem praeprimis in symtomatibus ejus observandas: Summi equidem Medici pro inexpugnabili veritate habuerunt, et certo pleniori jure in illud incubuerunt, ut morbi ipsi quantum illud fieri possit, in Locis suis fortificatis (verschansingen) impugnarentur, et esse abstinendum duxerunt ab impugnatione symtomatum (Tiraillerien), ne hisce Ambagibus a Via Regia, indeque a vero Medendi scopo Medentes deducerentur: Licet in

hoc latere Veritas plerumque et quaeratur et inveniatur, haec nostra Epidemia *) tamen stabilivit, symtomata curanda, veram, et aliquibus in casibus omnipotentem curam, praebere: Multum cuivis Medico in lucro est, si haec symtomata cum morbo capitali, morbo essentiali queat connectere, et una utrisque auxilium praebere possit. Annotatione perdignum est, quod hicce morbus se non tam facile critice in tractum Intestinorum duci patiatur, quod tamen fieri debere, vulgo creditur; ita ut Vomitus criticus et Diarrhoea critica Rariora phaenomena sint: Jam abhinc aliquot Temporis spatio reminiscor saltem spatii duorum triumve annorum morbi inclinabant in Indolem sthenicam, cum affectionibus catarrhalibus junctam; Excepta exempli gratia Febre petechiali nervosa, quae hic verum brevissime grassata est; ita ut sanguis e vena emissus, crustam Inflammatoream gravem ostenderet: Aegri vero non experiebantur post sanguinis missionem exspectatam delenitionem, nisi sanguis magna quantitate e vena emitteretur; quae evacuatio tunc rarius repetitionem recuperabat; alia quoque signa Veram Indolem Inflammatoriam indicatura, minori in gradu observabantur, hoc est,

*). Si mavis Pandemia.

non semper Pulsus erat plenus et durus, saepe Temperatura corporis non valde erat aucta, vel saltem haud sensibiliter erat aucta, Temperatura quippe aucta nec in cute nec in Respiratione erat sensibilis; crustam Inflammatoream sanguinis emissi solam aestimando, et identidem Phlebotomiam repetendo, Aegri frustra a Viribus spoliarentur, sine quod scopus verus essentialis attingeretur, et quod curatio, Sanitas, sequeretur: Murias Hydrargyri oxydulatus post unam vel paucas Venaesectiones sapienter datus, optimum saepe fuit Medicamentum, et saepe erat sufficiens; ita ut non raro morbi eorumque Phaenomena admirabiliter evanescerent: Suppurationes Viscerum etiam luculenter affectorum non observabantur; Verae Exsudationes plasticae cum causa exspectandae, erant rarae; aegri si moriebantur Affectio spasmodica nervorum fere semper mortem brevissime anteibat; fuit itaque morbus, si affectiones locales non de industria tanquam Morbi capitales: Essentiales aestimandas esse vellemus, fuit morbus Morbus Humoralis, et praesertim qui sub sensibus cecidit, erat morbus sanguinis: Viscera quoque Thoracica Pleura, Mediastinum vel Diaphragma fere sola obtinebant morbi sedem; rarius viscera abdominalia sedis morbi erant participia; Imo quod

annotabile est, aliquoties, Bis vel Ter, Vera carditis vel et Pericarditis aderant; si jam hic ut vulgo fit, Inflammatio talis in vero suo pretio tanquam Inflammatio vera sthenica ponenda fuisset, Profecto tales fausti eventus non exspectari potuissent, quales nobis acciderent: Etiam Glossitis Epidemica Benignitate illa fructa est.

Sed haec in Transitu.

Adhucdum Grassanti morbo Gastrico, status ille vasorum subinflammatorius adest, esse illum Naturae catarrhalis vel Rheumaticae forsan non dubitabitur; eumque colluviem intra organa Gastrica secernendam retinere, aeque ac primum contenderem; indeque dependentia symtomata eminentiora, Aegroto intolerabiliora, ac Medico in suscepta curandi ratione summo haec quod sint obstaculo, in aprico est: Si jam conditionem Humorum Rheumatico Inflammatoriam solvere valemus, et symtomata huic conditioni connexa sedare possimus, tunc restat Morbus Gastricus qui talis, Curationis facilioris Capax: Morbus Gastricus qui talis certo non est morbus malignus, non tam inopino trucidat Aegros, signis Probitatem simulantibus; uti in multis aliis morbis fit; quod

et aliquoties de scarlatina visi sumus: Adhibendis salibus Neutris *Alcalibus*. (Admissa illorum variorum vi specifica) Nitrate Potassae (Nitrum) Muriate Ammoniae (sal ammoniacus) sulphate potassae sulphuroso (sal Polychresti) Tartritide Potassae stibiata (Tartarus Emeticus), sulphate Magnesiae (sal ebshamensis) sulphate Potassae (sal mirabile Glauberi) fiunt morbi, morbi Locales intestinorum abdominalium; quibus et quidem debebuntur: Postea colluvies si forte jam in hisce organis adest, evacuatur Laxantibus plusminusve refrigerantibus vel et Excitantibus; *) simulque cum his vel modo dictis talia medicamenta dando, altera symtomata praesentia, quae sedare valent: Admirati nos si sumus, scarlatinam, quae hic Loci Hocce Vere et Aestate, Epidemice grassata est, tam vulgariter cum adeo admirabilibus morbis adhaerentibus (succedaneis) conjunctam esse, uti cum Miliaribus albis et rubris, cum Aphtis etc. In hac Epidemia Gastrica morbi succedanei (adhaerentes) non minori in gradu observantur: Durante cursu Epidemiae hujus observatum, est hos morbos adhaerentes vel succedaneos Aegrotis luculenter mortem intulisse.

---

*). Ita cum incidentiori modo agendum erat, foliorum sennae et Rad. Rhei infusiones eximie satisfacere potuerunt.

Exempli causa. In femina quadam oriebatur tanta alteratio systhematis nervosi, ut licet morbus gastricus qui talis in aperto esset sanatus, Tremor corporis universalis, subsultus Tendinum, floccorum venatio magna obnubilatio capitis oriebantur, et duraverunt, in Remissione vel exacerbatione febris quidem nunc diminuta, nunc aucta, tamen vel sic, ut Aegra raro tantopere mentis suae compos fieret, ut Adstantibus statum morbosum cognitum reddere posset. — Verus status Asthenicus agnosci non potuit mortua est. Plures casus hujus Naturae offendimus exempli causa symtomata Hysterica, Incubum Diarrhoeam, choleram, licet hae morbosae affectiones plerumque faciem febris larvatae assumant, perquam tutius Medicamentis Generalioribus statui morboso adoptatis et curantur et sanantur: Cortex Peruvianus pro tempore quidem morbum valet supprimere, ita ut symtomata sileant, sed nisi Natura vias speciales aperiatur, morbus plerumque brevi redit; licet majori minorive ratione mutata facie, Aeger tamen nonnunquam indiget cortice Peruviano. Omnibus simul sumtis, concludere licet, hunc hic loci grassantem morbum, vel potius hanc Epidemicam Constitutionem, ad quam tam hicce morbus Gastricus erit referendus, quam Praecedentes abhinc aliquo tempore morbi

qui fuerunt, Exempli gratia Inflammationes plus minusve Nothae, catarrhales, Scarlatina *nunc* rarior morbus, hosce morbos ad unum eumdemque ordinem) quod putatam illorum singularitatem) esse referendos; ac morbum nostrum Gastricum cum morbo affini conjunctum deprehendi; vel potius hunc nostrum morbum Gastricum, illum morbum vel morbi stasin sibi affiniendam, jam praesentem offendisse. An et prostant observationes talis, tam singulariter se habentis, Epidemicae constitutionis, omnibus morbis sibi jungendis, faciem singularem illi propriam Praebentis? et quam re vera praebet? Annon de hac re apud Veteres Medicos Elucidatio posset acquiri? *) Quid quidem significat Archaeus Helmontii, itinerans ab uno Loco in alterum, modo Hepatitidem, modo iterum alium morbum etiam Generalem conficiens!?

Anne haec omnia sunt vana? an hoc omne est tanquam Insomnium habendum, vel num aliquam veritatis speciem prae se ferret? Anne possunt et debent omnia secundum Tempore Hodierno vigens, in universum pro vero acceptum, Emendatum Systhema. (Het verbeterde Prikkelings Stelsel. — Die Errhegungs-

*). Arabes quorum mihi inscitia est, quid illi dixerunt?

theorie) et contemplari et curari? Practico ad lectulos Aegrotantium certe satisfacit, alio non opus est Systhemate: Tota Universitas Nutu suo lubenter auxiliari vult: Medicina ab hoc Latere conspecta, quodammodo illam attigit Altitudinem, quae in se adaequari patitur; Medicus Practicus hic stimulans, illic refrigerium infert, jam Antigastrice agit, jam Nisum in Putredinem avertere conatur: Quod ad haec non multum Novi. —

Sed si talis stasis morbosa accipi possit in Natura, ad quam brevi ante animus verti voluimus; Profecto nunc Praesens, Specialem Indolem et singulares possidere debet proprietates; si detur, conjunctam illam vidi cum acutis et chronicis Exanthematibus, cum Neurosibus, Profluviis, cum Inflammationibus; cuique horum morborum perse considerato, concessus fuit meatus, sibi ab omni parte non proprius; haec stasis morbosa accipi potuit, tanquam multos, fortasse omnes morbos posse conficere: imo et exanthema plus minus Pellagram Vidi; multasque alioqui fere incognitas saltem hic loci non exspectandas morbositates: Si jam imitemur hic in usum ductam medendi methodum, (quae medendi methodus excepta ratione medendi particulari, plerumque medela Symtomatica fuit,) si caveamus nos scilicet a specificis, ab

Heroicis plerumque ad optatum itur scopum. Utinam hinc et Indoles morbi vel Epidemiae et optima medendi methodus elucidarentur!

Haec fuit Epidemiae *Annotatio prima*, quae in completiorem Tractatum de Morbo et de Directione Gentilibus, auspicere vix ausa est.



CAPUT SECUNDUM.

Acme Epidemiae.

---

§. II.

PHAENOMENA E SOCIETATE HUMANA.

Unicum tantum Mentem feriens phaenomenon, *η Αντϱοποεια* Philosopho Theoretico quod praebuit, fuit Indifferentia quaedam rerum agendarum, in statu sano, morboso imo et in Morte conspicua.

§. III.

PHAENOMENA EX HABITU CORPORIS.

Duo phaenomena Medicum attentum reddere debuerunt ad habitum singularem, Epidemia quem praebuit: Alterum phaenomenon fuit, Pupilla coruscans, summe atrata: Alterum fuit, structurae corporis *apparens, vel vera Decurtatio.*

§. IV.

S I G N A.

Prima Infectio Epidemiae praeprimis massam sanguineam morbose affecit: Modus hanc infectionen morbosam dignoscendi, erat duplex;

Primus *Naturalis Casualis.*

Secundus *Artificialis.*

De Modo primo. Filius Fabri lignarii nobis obtulit exemplum observandi perquam annotabile: Hic quippe de Altitudine satis magna *) inter opus Humum casus, magnum vulnus accepit in vertice capitis; Vena illi secabatur, id est venaesectio illi facta est. Quamvis Juvenis neque ante, nec sub curatione vulneris, ulla signa *morbi Generalis* ostenderet, praebuit tamen modo post lapsum illi detractus sanguis, praebuit genuine mutatam indolem morbosam, Epidemiae nostrae Gentili omnino peculiarem.

Modus Secundus exempla plura dedit; consuetudini, quae in aliqua Invalitudine certa quantitas sanguinis sibi depromi, curat, licet saepenumero perquam illaudabili, tamen quodammodo Mos geri debet; ante omnia mos geri

---

*). Excelsa.

debet, si illam depromptionem directa contraindicatio non concomitatur.

Ante et in Initio caput extollentis Epidemiae, quae apud nos Aegrotos numero plurimos Aestate provectiori et Autumni initio numerabat. In initio morbi inquam, et in satis valida corporis constitutione, etiam sine multis signis Inflammatoriae conditionis, venaesectio non tantum erat tolerabilis, sed huic quidem interdum aucta virium Evolutio succedebat; ita ut, si vires corporis Naturales solae jam non sufficerent, ad Aequilibrium destructum, quantum illud fieri potest, restituendum, quod tamen saepius fieri observavimus, tamen vel sic obtinuit, quod operandi modus et agendi virtus Medicamentorum adhibendorum et ad hibitorum, hac facilitarentur: Habitus sanguinis deprompti saepe talis fuit, ut ille etiam Infectioni Aeris atmosphaerici expositus, ante Putrefactionem non secesserit. Nullum mihi est dubium, quin certae compositiones chemicae hodie neglectae, quales sunt e. c. Pulvis Pyrius, *Sal Gemmae* et tales plures similes compositiones, prae nostris usitatioribus multum utilitatis praestitissent, in resolvenda vel ad Normam reducenda qualitatate massae illius sanguinis morbosa, si temporarie in usum essent ductae.

Qualitas sanguinis e vena emissi, scilicet in initio morbi et in corpore non debili, examinata postquam actioni aeris atmosphaerici expositus fuisset, signabat conditionem morbosam mixtam in genere; nempe in superficie monstrabat crustam non omnia signa Rheumae, (*crusta Sanguinis Rheumatica* cum magna sua crassitie majorem mollitiem et margines minus fortiter elevatas estendit, quam illud in crusta vera Inflammatoria offenditur) non omnia signa Inflammationis, neque nisum in Indolem pituitosam, sed qualitatem tertiam, in conditionem Gelatinosam Pronam? indicantem; vel qualitatem omnium horum trium in se conjunctam referentem, et massam praebentem, quae si e sanguine emisso quodammodo ad qualitatem sanguinis, in corporis vasis contenti, liceret concludere, Exploranti hujus, Idaeam praebere necessario debuit cursus lenti in vasis, vel circulationis lentioris per vasa; qui lentor forte adhuc augebatur torpida conditione vasorum ipsorum.

§. V.

L I N G U A.

Secundum et fortassis omnium momentosius Punctum observandi, praebuit lingua.

Lingua quippe Pars corporis vel organum, tam quod ad ipsius Partes constituentes et constructionem, quam quod ad facilitatem et optitudinem ipsius observandi mutationes, et coloris et auctorum, vel diminutorum in superficie sua secretorum, et secernendorum, saepe et qualitative mutatorum humorum, Punctum vel potius totum praebet, Observandum Medico, quale Par Nullibi quaesiverit.

In memoriam nevocare vellem, quod haec jam aeque ac modo dicta, in morbi gentilis initio praecipue locum habuisse, putandum sit.

Lingua itaque in initio morbi duas varietates capitales offerebat, scilicet.

Prima varietas capitalis.

In hac varietate capitali color Linguae erat magis ruber, quam naturalis; Lingua erat rubrior, quam in statu sano; in superficie ipsius referebat conditionem Rheumaticam, (conditio linguae rheumatica Groningae forte primum animadversa, a Professore semiotices (S. E. Stratingh) nobis ad Aegrorum lectulos demonstrata, similem habitum refert cum fragrariis jamjam maturis: Scilicet Planitiem rubellam cum Punctulis albis, in fructu viridibus, sistens.) tamen talem, ut signa quae hanc

conditionem ostentabunt, intime in hoc organo absconderentur: conditio illa Rheumatica in lingua quasi convasata erat *).

Secunda varietas capitalis.

Secunda varietas capitalis linguae, erat virgulata (de gestreepte). In summo suo splendore (niet glansrijk), (Nitore), in sua summa Perfectione erat Pullata, (gelijk aan Rouwfloers): color linguae in hac secunda varietate capitali erat, umbroso rubra in atro coeruleum vergens. (Donkerrood in het blaauwachtig loopende). Hae linguae varietates hac de re praeprimis attentione et respectu erant perdignae, quod ad, primam varietatem capitalem, inclinatio in stheniam; apud secundam, Inclinatio in Astheniam recognosci potuerit.

§ VI.

PULSUS.

In Pulsu praecipue tres diversae varietates capitales observari potuerunt; hisque tribus varietatibus quoque conditio Pulsus mixta, jam

*). Connubium hujus conditionis Linguae Rheumaticae cum flavedine dicti organi, ad Febr. Erysip. meminitur.

magis in stheniam, jam magis in astheniam, vel et in spasmodicam conditionem vergens, adnumerari debet.

Prima varietas pulsus capitalis. A.

In hac prima varietate in qua conditio sthenica vel jam aderat, vel facile sequebatur, ea qualitas pulsus obtinuit, quae jure maximo dici merebatur *Pulsus stridens, Undisonus;* (de ruisschende Pols): in hac pulsus varietate vigor maximus pulsationis in tunicis arteriarum ipsarum existere videbatur. Haec varietas qualitatem pulsus indicabat, ab Amatore perscrutandarum Functionum naturalium corporis humani, non sine aliquo doloris sensu, ad qualitates morbosas referendam.

Secunda varietas Pulsus capitalis. B.

In secunda varietate capitali Pulsus, Pulsus digito exploranti faciem rotundam cylindricam (eene rolronde Gedaante) praebebat: Diastole vel systole Tunicarum Arteriarum, comparatae cum habitu illarum in statu naturali sano, vix Aestimandae erant. (Van geene beduidenis waren de verwijding en vernaauwing der slagaderrokken). Crassitudo massae sanguineae paulatim incressens, tanquam causa hujus secundae varietatis Pulsus erat accusanda.

Tertia varietas Pulsus capitalis. C.

In hac varietate, Pulsus nonnunquam ostendebat conditionem asthenicam majorem, quam vulgo, (etiam in Typho), obtinet.

Jam in initio morbi inopia sanguinis plerumque vel Exinanitio aderat *). (Haec vero pulsus conditio *asthenica* uti in posterum liquebit, non raro etiam *apparens* fuit.) Status mixtus organicus vel Rheumatismus spasmodicus quem haec Epidemia nonnunquam in Partibus musculosis vel membranaceis fieri ostendebat, visus est Umbram harum diversarum Pulsus conditionum adaequaliter referre, vel hae diversae Pulsus conditiones in hoc dicto morbo recognosci potuerunt.

§ VII.

FEBRIS.

Febris in Epidemia hac nostra non erat accusanda tanquam symtoma essentiale; quando

*). Tertiam Pulsus qualitatem vel conditionem quod attinet nequaquam referenda erit ad Formam Typhoideam proprie dictam, a peculiari miasmate oriundam: etiam Epidemia nostra apprime illam Formam morbi typhoideam in suis phaenomenis vel signis characteristicis ostentare potuit, et ostentavit.

aderat febris, tantum ut symtoma *accidentalc* casualc et salutanda et habenda fuit: Qnod ad Indolem febris spectat, sequenti nempe modo in censpectum prodiit; scilicet, ab Ardore febrili exeuns, in quartanam sthenicam Intermittentem determinata *). quonam modo talequid fieri possibile sit!? Effatum hoc Methodus medendi extra omnem dubitationis stilum posuit †). (Echo harum cenditionum febrilium in variis cephaleae gradibus frequenter recognosci et reperiri potuit).

Quum difficile sit, ut haec recte possint intelligi, Medicus Philosophicus Actiones corporis dynamico organicas perscrutaturus, vulgari oppositam sedem capiat; imago profecto ab assueta maxime aliena, mentem et oculos ferietur, si Infectio morbosa primum Humores (de vogten) et quidem Humores vitae tam necessarios, uti exempli causa sanguinem praeprimis afficiat, et exinde sub datis conditioni-

*). Complicationes et compositiones variae cum hac concurrentes, peculiari suo modo hanc saepe variant.

†). In ultimo hoc casu [Feb. Int. quart. sthen.) aderat conditio phlogistica vasorum, quae cum febris ultima dicta specie erat conjuncta; Venaesectiones medicamenta refrigerantia medicabantur illum morbum vel illam Febris speciem, aut sublata conditione phlogistica, tuto Cortex Peruvianus in usum vocari potuit.

bus Partes solidae in consensum trahantur, loco ut vulgo casus sese obtulerunt, et non sine causa putatur, quod primum fibra solida afficiatur, et Humores sine ulla dubitatione actionis hujus Fibrae solidae vi vitali directa praeditae, inferiores quod sint, huicque obtemperare debeant: Reactio quae observatur apud secundum modum, nunc systhema quoddam, nunc organon, majorem in modum morbose pati ostentat, Hoc systhema vel hoc organum, specialia sua symtomata vel phaenomena profert, quae licet magnam curam pariuntia, (Iudicio non praejudicato,) durante cura medicinali organismi morbosae postponuntur; ante omnia postponuntur, si medela indicata horum symtomatum, curae medicinali, in Reliquam organismum adhibendae, non conveniat; Apud Primum modum omnino contrarium obtinet; Fluida vel homores, quibus a fibra vi vitali directa praedita, regulariter suum Posse indigitabatur, hic primum morbose sunt affecta; Fibra vi vitali directa praedita, sub his non invenit auxilium debitum, vel qualitatem debitam; fibra dimittit meleculas, se vel ad Nutritionem, vel ad officium praebentes; donec fibra vitalis per se vel Marte proprio invalida, vel quodammodo debilitata (tenoris expers), unionem ineat cum fluidis;

ita tamen, ut fibra vitalis partem Functionis suae Humoribus alteratis tradat, et partem potentiae Influxus (invloed) fluidorum in se transferendo, summam tamen suam functionem Humoribus tradat, et quidem in specie tradat fluidis; Reactionem in stimulum morbificum; dum reactionem vitae quotidianae necessariam, in se conservare pergitur: Fluida nunc parte fuctionis fibrae vitalis praedita, (si jam nunc causa morbosa excitans Organismum talem in Reactiones incitare valet,) fluida praedita uti dictum, suis modis reagunt; multumque adhuc Egoismi in se conservantia, causam morbosam conducunt in Periphaeriam; cum assueta nota Directio in centrum, causam morbosam conduceret; vel si mavis, Gentilis Directio causae morbosae sedes poni curat ad symptomata, ut lis litigetur; dum Directio universalis magis hanc in semet ipsum susciperet, et functiones corporeae ipsae litigarent: Universalis *) Directio vult *Hominem,* Directio Gentilis vult *vestem.*

Ab ardore febrili in quartanam febrem intermittentem sthenicam.

Si jam consideremus, Reactionem salutis ad symtomata et esse quaerendam, et inveni-

*). Vel potius Alma Directio.

endam, quod etiam febris, praecipue quando ut symtoma katexogen se obtulit, quando tantum quid momentosi in se continebat, quod etiam febris haec varias modificationes subierit, et subire debuerit; quippe quae non ut ante Directioni vis vitalis fibrae solidae, proxime cognitae, sed gentili vel Directioni fluidorum, prioris vel universae directionis sedem quae occupavit, obtemperatura, minorem excitabit illud admirationem: Haec Directio Gentilis quoque non solum non egebat, verum potius abundabat maxime diversis febrium speciebus. Exempli loco, Ephemera et lenta, (memini me in uno subpagio plurium Individuorum una et pariter febre lenta cum ipsius adhaesivis aegrotantium, observare.) Remittentibus et Intermittentibus, talis saepe naturae et Indolis, ut et Haemitriteae fuerint frequentes. Proprietates vero suas speciales praecipue ostendebat, Haec Epidemia vel haec Directio quae Epidemiam concomitabatur, ostendebat praecipue in eo, quod licet aliquam febris speciem sat bene agnoscere potuissemus, quod talis probe recognita febris species, raro vel nunquam in omnibus suis signis characteristicis, recognosci potuerit; Semper aliquid defuit febris speciei salutatae, Exempli causa: In febre gravi Inflammatoria sitis fuit pauca vel

nulla, vel et siccitas oris defuit; et re inversa, hoc symtoma nonnunquam locum habuit, ubi hoc symtoma accidens non tam graviter exspectari potuit.

§. VIII.

CONTAGIOSITAS HUJUS EPIDEMIAE *in Universum.*

Vidimus quod haec Epidemia omnes apud nos cognitos et etiam incognitos secum duceret morbos, quod haec Epidemia veluti Microcosmus in statu naturae morbosae considerari deberet; hoc Epidemiae cui tali fuit proprium. Phaenomena Pupillae coruscantis summe atratae, Genuina illa Indifferentia rerum agendarum etc, haec *Ται αντροποειαι* tunc temporis fuerunt propria. Permutationem Humorum vel fluidorum genuinam in sanguine praeprimis conspicuam, Constitutio Epidemica forsan sensim homini intulerat; Homo versabatur in illa sphaera physica, corpus et Anima sensim sensimque in illam constitutionem Epidemicam concepta erant, qnantum fieri posset, homo se uniebat cum hac, et poterat frui sanitate relativa; quando vero constitutio Epidemica magis magisque se in unum Punctum contra-

bebat, quibusdam in locis se quasi concentrabat perdibat Incola sanitatem, et actioni Epidemiae concentratae succumbere debebat: inde non raro contingebat, quod in uno Aedificio plures, Aegri simul, saepe cum fere iisdem symtomatibus vel morbi phaenomenis, aegrotarent; concentratio Parva. Si Tribus (een Buurt) vel Aedificia et Individua plura simul morbose afficiebantur, concentratio major: Si ut saepius accidit, unus pagus prae alio morbose afficiebatur, *magna concentratio* et sic porro. Tali modo Epidemicam constitutionem agere; Experientia cum oculo clariore satis superque docuerunt: Hoc modo rem contemplando, dubitatio contagiositatis Epidemiae, num vera num falsa, una extricatur; Conspicimus nos Naturam quasi laborantem, vel sequimur non lente; Neque a Phaenomeno inexspectato tam cito e calcare ducimur.

§. IX.

CONDITIO CUTIS ET VASORUM LIJMPHATICORUM (ABSORBENTIUM) SUB HAC EPIDEMIA.

Si in memoriam revocamus conditionem sanguinis, notam, post venaesectionem, vel alió modo demissi, ejusque genuinum charac-

terem comparamus cum fluidis, a systhemate Lymphatico ut tot fluviolis in Flumen vel massam sanguineam transfundendis, Idealiter si consideramus, magnam convenientiam horum fluidorum Lymphaticorum cum sanguine inveniemus, praecipue hnjusce fluidi quod *Primo.* Vasa chylifera huic flumini dicto dant, quod fluidum exigit tantum animalisationem organico dynamicam ut in partem corporis homogeneam transeat; qui Processus organico dynamicus in organismo animali viventi, forsitan factum est, vario modo simile facto tali, in Rerum Natura non organisata quod fit, vel in Physico chemico Processu quodam, vel in Crystallisatione quod fieri videmus, post operationes et Mixtiones chemicas.

De vita propria partis homogeneae in Posterum.

Aliud humorum additamentum accipit uti notum est, Massa sanguinea fluida a vasis lymphaticis proprie dictis: hoc fluidum qualitate tenuiori erit praeditum; E convenientia vero vasorum fluidum hoc vehentium, comparatorum cum vasis venosis, concludere possumus ad Parciorem et lentiorem transitum in sanguinis massam, si flumen in quod hoc liquidum transibit, lento mevetur, et qualitate est in-

structum, quae assumtioni hujus liquidi minus favet, Actio vel functio hujus systhematis diminuta jure merito accipi poterit; et propter affinitatem magnam hujus systhematis cum systhemate Dermoideo, comparata cum Thesi vel experientia, quod Directio Gentilis, suas lites morborum praecipue sub facie vel specie symtomatum litigatura, multos morbos vel morborum formas ad Peripheriam mittat, Ratio quae datur erit pauca, quod adeo admiremur morbos cutaneos tanto in numero et tantarum diversitatum, durante Epidemica constitutione nostra extitisse.

Plurimi quippe qui dantur morbi cutanei, tam acuti, quam chronici, brevi temporis spatio nobis sese obtulere: Hi vero morbi fere omnes, si characterem debitum recte agnoveramus, et curandi modum, recte, his characteribus agnitis, opposueramus, fere omnes feliciter sunt curati.

Characteribus probe agnitis.

Etiam haec mala vel hi morbi cutanei non omnia phaenomena accidentalia vera monstrabant, quae hisce morbis genuina habentur, saepe omnino quid inversum aderat; nam Exanthemata chronica ita dicta, non raro gavisa

sunt febricitatione annotabili; dum Exanthemata acuta saepenumero hac liberabantur febricitatioue.

§. X.

MORBI AD G. D. PROPRIETATEM SPECIALEM COMMONSTRANT.

Veluti jam annotavimus, quemdem transitum ex una indole in aliam, ex assueto in insuetum characterem, e solita in insolitam Directionem, morbi ostentarunt; et quidem intra paucos annos factum: illud antea de Apparitione magis frequenti quorumdam morborum, uti carditidis, Inflammationis Arteriarum etejam allatum est. Ita Epidemia intercurrens Tussis convulsivae Infantum cuique observanti dilucide satis etiam propriam suam Indolem sub G. D. cognitam reddidit. — Etiam morbi cutanei proprie dicti, morbi Exanthematici, perquam suum singularem characterem sub Gentili Directione ostentaverunt, cujus rei plura exempla adhuc videbimus.

§. XI.

EXANTHEMA ACUTUM FEBRILE.

Exempli causa *scarlatina* non solum in suo primo stadio gavisa est charactere Inflammatorio

catarrhali, illi Epidemiae tam peculiariter proprio; verum etiam in provectioribus stadiis, quando alioqui morbus ut finitus consideratur, nonnunquam venaesectio satis liberalis fuit necessaria, antequam Aeger ad sanitatem posset reduci: Plus vero quam ultimum hoc, Exanthema ipsum Medici admirationem ad se trahere debuit; saepe jam in initio morbi, vel post paucos dies, duos tresve dies, scarlatina se comitatam praebuit, cum admirabilioribus morbis adhaerentibns, vel morbis succedaneis. Exempli causa cum Petechiis, cum Miliaribus rubris et albis, cum Phlyctaenis, cum Aphtis, cum Exulcerationibus, non tantum Isthmi faucium, sed et per totam superficiem linguae et totius ovis cavitatis, se extendentibus; si non in omnibus Aegris scarlatina decumbentibus, omnes hi morbi adhaerentes, simul et combinati possent detegi, quod tamen in quibusdam casibus detegi potuit, casus tamen fuerunt rariores, quod non unus illorum dictorum morborum adhaerentium una cum scarlatina addesset. Sed an hi morbi adhaerentes et indicabant in Indolem scarlatinae putridam? Apud quam febris est febris putrida? Indoles febris putrida minime contendi potuit, durante toto decursu morbi non tantum, verum etiam, morbo κατ οψιν ad finem deducto, venaesectio, uti

dictum est, necessario requiri potuit: Non tantum cavitas oris, etiam cutis superficies ipsa, saepe ab his morbis adhaerentibus tam peculiariter affecta erat, ut exulcerationes cutis, nonnunquam annotabilem superficiem occupantes, saepe Medelam chirurgicam necessariam redderent. Tanquam Peculiaritas annotabilis huic scarlatinae propria, admoneri debet: Plusquam semel sat aperto potuimus observare, *scarlatinam Internam*, sitam, per totam intimam superficiem oesophagi, ventriculi, Intestinor abdom: etiam internam superficiem organorum Respirationis etc occupantem: Per hanc superficiem morbo affectam, ardor est vehemens, saepe comitatus cum aliquo doloris sensu, sitis adest magna, non semper omnino sedari potest sitis, sed hicce morbus in caeterum non peculiares difficultates morbosas post se reliquit, sub leni curatione medica; Defectus Exanthematis in cutis superficie in hoc casu, certe annotatione vix egebit.

Caeterum Habitus horum scarlatinosorum tam talis, tam characteristicus fuit, ut hic valdequam Apti Pictoris penicillo dignus fuisset, et in quoque Aegrotante Individuo viventem succulentam *Imaginem mumiariam* uno animo voluissemus recognoscere.

§ XII.

EXANTHEMA CHRONICUM.

Scarlatina cum adeo genuinae Indolis Epidemiae particeps fuerit, Exanthemata chronica hac non minus characterisata sunt: Scabies Ex. caus. tam diversis cum faciebus se obtulit, ut interdum vix tanquam talis, tanquam scabies agnosci potuerit; quod et haec etiam interdum quid leprosi in se contineret, omnino cum illius forma vel Imagine convenit. *Casus* verae Elephantiasis totam superficiem corporis occupata, quidem non sub cura nostra, tamen in Vicinitate nostra locum habuit. Aegra haec obiit.

Casus morbi cum Elephantiasi Partiali a nobis et cum fructu est curatus.

Si diversitas exanthematum chronicorum, quod ad Imaginem, formam vel speciem attinet, tam peculiaris fuit, ut species vera genuina saepe non recte recognosci potuerit, certe Ratio medendi minores secum tulit difficultates.

Remedia capitalia horum exanthematum fuerunt, Mercurialia et sulphurica; *Interne* tanquam calomel, Murias hydrargyri oxydulati (Mercurius dulcis), Flores sulphuris, sulphuretum oxyduli stibii Hydrogenatum (Sulphur

auratum antimonii), Nitras potassae, et Tartris potassae acidula (cremor tartari depurati); duo illa ultima remedia fere in omni casu adhibenda, Hisce medicamentis Pulverem Antimonii crudi non raro addidimns. *Externe* Unguentum mercuriale sulphuricum, unguentum sulphuricum simplex, unguentum ad scabiem (ph. gron.) ung ad scabiem (schmücker) interdum et leniora unguenta: Cutem interea mundam servare, ope lotionum accommodatarum, quammaxime prodest. *) Haec medendi ratio saepe tantopere satis fecit, ut rarius Medicamenta lignosa vel Decocta lignorum proprie dicta, in usum debuerint vocari; Etiam Radicis Bardanae probitatem in his morbis cutaneis et in afflictis systhematis absorbentium cum prioribus, multimode affinibus, abunde satis experti sumus. Haec omnia mihi videntur sufficere, ut cuivis satis pateant, et comparatio conditionis systhematis Dermoidei cum systhemate Lymphatico, et comparatio systhematis lymphatici cum Dermoideo; fere eamdem praebentes in hoc casu habitudinem, qualis obtinet in conditione horum systhematum ad Directionem universalem, sed nunc re inversa.

---

*). Balnei marini utilitas quae in medela Exanthematis herpetici nonnunquam reperitur bona nonne praesertim esset derivanda ab ipsa reactione cutis organi elementum

Peculiarem propriamque conditionem horum systhematum sub Directione gentili, illorum systhematum morbosae affectiones vel et formae parentes abunde satis indicant, hasque formas a peculiari lentior motu et a lentiori agendi modo *fluidi vecti* horum systhematum, et a conditione crassiori fluidorum illorum ab *oscillantibus* vehendorum esse derivandas, in omni puncto convenit cum rebus ad contemplationem sanguinis notatis, vel ad contemplationem affectionum morbosarum systhematis vasorum Lymphaticorum dictis, et quoque in modis medendi conspicuis.

Non sola Exanthemata acuta et chronica litigant pro respectu plusquam vulgari, quo cutis et systhema vasorum Lymphaticorum in constitutione nostra Epidemica fruuntur, Directioni gentili dicando; Etiam Exanthema vel ulcus cavitatis oris, Ulcus Noma, (Waterkanker) tam universale phaenomenon vel morbus tam universalis fuit, qui interdum quemadmodum apud considerationem status Hypersthenici visuri sumus, omnibus remediis et curis

---

quoddam tenuissimum principium forte marinum, odorem phosphorescentem redolens, decomponentes? mihi hoc Balneo in ipso mari uso, semper aliquamdiu iste odor phosphoridus in cute adfuit.

in nihilum abeuntibus, sat cito in mortem abiit, hic ut valdequam mereatur attentionem. Ubi conditio illa morbosa scorbuti soboles in chronicum abierit, vulgo quidem sed cum variis et ab hoc exanthemate (ulcus Noma) saepe quidem vario modo diversis phaenomenis, *scorbutum chronicum* haud infrequenter locum obtinere, in plano est.

§ XIII.
ULCUS NOMA.

Ulcus noma certe quidem est morbus localis cavitatis oris, non stricte tamen est morbus annorum modo praegressorum; etiam plures annotabiles Morborum Epidemiae ut illa Aestatis et Autumni annornm 1807 et 1808 quae fuit illud satis superque docuerunt, tamen hodie tam universalis fuit morbus, ut quam maxime recordationem nostram mereatur. Sed quinam est morbus? Certe morbus est morbus cavitatis oris, in sola hac cavitate primum et quaeri et inveniri potest et debet. Prodit se hic morbus vel tanquam Exanthema acutum, vel tanquam Exanthema chronicum, in oris cavitate reperiundum; Gingiva vulgo primum afficitur, vel Plicae et circum flexiones in angulis oris interne Epithelio denudantur, asperae fiunt, in progressu vel post morbi arrogantiam

majorem citius, cavitas oris et etiam Isthmus faucium afficiuntur, Gingiva et Velum Palatinum in initio plus quam par est extensa et rubicunda, magis magisque in illa asperitate et exulceratione implicantur; Ulcera per se considerata, in multis rebus conveniunt cum ulceribus Venereis, subito sat magnam superficiem depascituris; cum ulceribus cancrosis illud habent commune, quod saepe sanguiemn deplorent; Aegri hoc ulcere noma affecti, gaudent halitu foetido: Post nimiam arrogantiam hujus Exanthematis c. c. post notabilem febris conditionem, vel et post provectum morbi statum, hoc est post longiorem curae dilationem, hic odor putridus Aegrum jam in distantiam detegendum facit; non solum Respiratione, verum et Perspiratione, hicce odor foetidus aeri circumjecto communicatur; scorbutus certe est ultimum, in quod hic morbus transit, cui mors vulgo lente ac pedetentim subsequitur, postquam multiplices sanguinis fusiones et Haemorrhagiae etiam variarum corporis partium, ecchymoses sub cute etc. summae lassitudines sine laboribus, magna segnities functionum corporearum etc. praecesserunt; Etiam osteocopus plerumque tempore provecto comitatur hunc morbum. Haemorrhagiae vel sanguinis resolutio fusionis in statu acuto Formam v. c. *Hae-*

moptysis ita tranchealis induentes, nonnunquam repente mortem intulerunt; Aegrum suffocando in altero rursus casu morbus noster omnem similitudinem refert cum morbo maculosi haemorrhagico Werlhoffii, cujus forma magis etiam quam vulgaris est timenda.

Etsi exitus hujus morbi vel ulceris nomae sibi relicti, vel quando curatio est infausta, vel quando morbus lentius progreditur vel et post morbi minorem arrogantiam qnam quae curam medicinalem invocat, post temporis spatium non determinandum est scorbutus, quare et initium morbi cavitatis oris, facilius et satis luculenter ab aliis morbis cavitatis oris dignoscendi, tam quod ejus vulgaritatem et Indolem, ac qualitatem horum ulcerum quod attinet, quam et odore putrido cadaveroso quem aeger undique dispergit, uberrime dignoscendi, quare non assumimus duo diversa stadia? certe hoc Practicam utilitatem secum ducet.

1mo. Scorbutus acutus interdum et febrilis.

2do. Scorbutus Chronicus *)

*). Augmentatione dictorum phaenomenorum ita livoribus, ulceribus localibus, etiam alias et diversas corporis partes occupantibus, vel cutis flavedine, magna segnitie et insensilitate cutis, et statu valde hectico haec Dispositio scorbutica chronica se declarare solet.

Etiam morbi localis oris (Ulcus Noma) non raro particeps fit constitutio corporis, vel functiones corporeae hujus morbi fiunt participes, sic est scorbutus sthenicus non valde rarus morbus: quando Reactiones corporeae nimis fortiter se praestant, tunc quidem febris Inflammatorea imo status Hypersthenicus non raro cum hoc oris morbo complicatus est.

Si miasma lienale ad morbos abdominis magis de industria consideratum, vel si morbus universalis corporis, magis peculiariter in lienem determinatus, ut breves simis, si materia quae causam horum morborum (Scorbuti, Hypersthenіae), saltem sub Directione Gentili videtur in se continere, si est materia gastrica a liene organis gastricis vel tractui Intestinorum forte per vasa brevia allata, haec post multas factas observationes forsitan, ad Inhibitionem Remediorum localium, directe in Regionem lienalem applicandorum, ducere posset; nostra vero curatio adhucdum dirigitur in Emendanda fluida morbosa et in conservandas partes solidas Per totam medendi rationem Methodus medendi debet esse Antiscorbutica: Morbus oris localis jam ab initio hanc curam postulat; collutiones oris antiscorbuticae vel solutiones Tincturae Antiscorbuticarum plantarum, et medicaminum quae cum genuinis antiscorbuticis depurantibus

viribus, quid specificum tonicum, roborans in se continent, ut sunt sanguis draconis, Terra Japonica (catechu), Mijrrha, Alumen, poma Gallorum etc., abundanter cum acidis mineralibus et cum spir cochleariae supposita, et quantum sensilitas partium affectarum postulat, cum lenientibus mucilaginosis collutionibus alterata, per aliquot tempus et saepe abundante copia in has lacales exulcerationes cavitatis oris applicari et adhiberi debent *). Interne usus acidorum, abhinc ab acido citri, oxalyci, tartritide potassae acidula, usque ad acida mineralia, uti acidum sulphuricum dilutum, (spiritus vitrioli), acidum muriaticum (spir sal marini,) usque ad medicamenta tonica, ad corticem Peruvianum, cum postulatis laxantibus interposita cum fructu huae assumuntur, et saepe per sat longum tempus et cum liberalitate adhiberi huaec debent, si curatio erit perfecta, et sanitas stabilis si manebit: Etiam Radix lapathi acuti saepe multum boni praestitit: quando nunc haec curatio aliquamdiu absque multo successu fuisset adhibita, vel quando vellemus curam illam generalem permutare, vel quando casus aliquis exacte curae mutationem postulare

*). Quibus dictis remediis in casu molesto unguentum Aegyptiacum addi potest.

videbatur, vel si curiositas nimium urgeret, nonnunquam transivimus ad *acidum pyrolignosum,* exempli causa, Duae vel tres Dragmae cum sufficiente quantitate sachari albi, eum in modum sumta, ut Remedium hoc habitum Linctus crassioris acquireret, tantae quantitatis sumti, ut exempli gratia, omni bihorio ad duo cochlearcula consumeretur. Hoc medicamentum solum, vel potius etiam cum aliis medicamentis utilibus, prout casus vel circumstantiae hoc postulare videbantur, combinatum, et alteratum, perquam bonum nobis saepe satisfecit, quoque *hic* alhibendo huic remedio novicio videtur optimus dari locus. Saepe brevi tempore post, sanitas stabilis huic adhibito medicamini subsequebatur, et conditio scorbutica evanescebat; num vero adhibitio localis hujus medicaminis sufficeret, tollendo morbo, si in collutionem adhiberetur, quae in minoribus mali topici minis forte utilis esse posset collutio, valdequam dubitarem, quid et volumus exspectare omnia ab uno hoc medicamine, cum nuper dictae collutiones antiscorbuticae, et ante omnia cum acida mineralia tantopere conducunt, et quoque cum alii curandi modi, ut sunt exempli causa Decoctum corticis peruviani, decoctum et extractum phellandrii aquatici, trifolii fibrini extractum, et plura alia

talia medicamina, cum tartride potassae acidula (cremor tartari), jam tam diu et tam sufficienter utilitatem suam in his morborum casibus praestiterint.

Si nunc minus aestimare volumus causam morbi, forsitan productum *videlicet* Lienis morbosi, vel causam gastricam venosam, et minus si aestimare volumus Exitum in cachexiam, scorbuticam, hic morbus oris accipi potest, tenere medium inter morbos exanthematicos, acutos et chronicos, et licet primum inficiat oris cavum, et praesertim in hac cavitate oris vim suam excerat, haberi nihilominus potest hic morbus, ut *morbus* cutaneus, et systhematis Lymphatici et etiam systhematis sanguiferi aeque infidus; Sub Directione qualis nostra Hodierna gentilis, ubi fluida primum tenent locum, consideratione perquam dignus.

In casu gravi ulceris nomae, in quo tota fere superficies externa maxillae inferioris a carie erat affecta, quaeque caries ab curae initio adfuit; quando aliquamdiu cura nostra vulgaris tam interna quam externa vel localis fuit incassum inhibita, ab Academiae Professore praescriptum sequens, in depurandis ulcerositatibus oris, et in solvendis et tollendis ossium fragmentis, multum boni effecit.

Scilicet

R. Chlor sodae ℥iv
Aq. coctae ℥vj
Tinct. Benzoes ʒij
Mel albi ʒvj.
M. d.

S. Turundae hoc Liquido imbutae in ulcerationes immittendae.

Postea sequens primum alternavit.

R. Mel Rosarum ℥vj
Tinct. Bensoes ʒiv.
M.
Usus ut praecedentis.

§. XIV.

MORBUS HUMORALIS VEL MORBUS G. D. AMAT CORPORIS PERIPHAERIAM.

Si porro consideremus id quod nos observavimus, et quod tanquam demonstratio potest accipi universalitatis morborum ad Peripheriam, quod ad morbos exanthematicos acutos, duplex observatio in una *domo* ad ferri licet.

1ma. Exanthema porcellanum apud Matrem (*Porcellana febrilis.*)

2da. Febris Bullosa apud Filiam (*Pemphygus acutus* QUOD AD CHRONICOS).

Casus unus ptyriasis *) quae tantum ut morbus localis cutis fuit habendaet quae febris erat expers; dabitur ratio sufficiens momentositatem systhematis cutanei et cum eo systhematis Lymphatici quae obtinet sub Directione hac gentili, cum oculo claro satis superque inspiciendi et comprobandi.

§. XV.

FEBRIS ERYSIPELATOSA.

Causa morbosa quae effectus suos praecipuos Direct. grat. externe praesertim conspicuos esse facit; quae cutem vel Epidermidem et cum illa in multis punctis convenientes membranas, tam frequenter pro Laboratorio suo sumit; si hoc non aliquo in modo contradici potest, nobis sine dubio suppeditabit Exemplar pulcherrimum Febris Erysipelatosae: Illud etiam revera locum habuit. Phaenomena hujus febris crysipelatosae, si non in medium fere volumus quasvis affectiones locales vel partiales cum

*). Casus iste morbi cum dabatur in Homine juniori et Honestiori, maxime inhonestum duci deberet, suspicionem Immunditiei corporis fovere sed Infectio Epid. hanc morbi formam quae sibi elexit sola ut hujus quae increpatur merito jure meretur.

hac febre conjunctas, erant, per totam cutis superficem dispersa, plerumque pariter divisa, temperatura corporis aucta; calor ingratus incommoditatem Aegris pariens, cum stimulis punctivis, nunc magis membra superiora, nunc magis inferiora et quidem membra ultima vel inferiora prae reliquis infestans; *) quae phaenomena minuebantur, quando Aegri sudatiun culis universalibus gavisi sunt, vel quando cutis tantum esset relaxatus, et Perspiratio sanctoriana recte quando vigebat: Cephalalgia medium quae videtur tenere inter cephalaeam ex bile aliquo in modo alterata, et inter illam cephalaeam, quae causam Rheumaticam tanquam causam suam arguit, eamque pro basi sua salutat, †) symtoma vel phaenomenon fuit fere perpetuum. Lingua quoque ostendebat combinatam illam saepe conditionem, flavedinem

*). Rubedo cutis fugax, saepenumero convolutiones rubeas, intercedente albedine fecit, ubi generalis Pars affecta rubedinem non raro quodammodo abscondidit.

†). Passio haec nervosa ad G. D. saepius, uti liquet, medelam complicatiorem requiritur. Nota, quam habet Doctiss. Tissot ubi de Dilirio dicit, quae vult e vigenti deliriis 18 saltem ex abdomine fiunt, quae et forte de carabaria valet, melius ad D. U. quam ad D. G. est accomodanda: cui D. G., *symtomata*, morborum essentialium vice, uti ad cap. VII liquet, funguntur.

scilicet cum punctulis Rheumaticis, vel etiam haec signa emigrantia subsequebantur non raro ab colore atro vel atrogriseo Linguae, qui tamen color ater vel atrogriseus linguae minime confundi debet cum fere tali, qui in forma typhoidea tam saepe obtinet, qui color plerumque splendidus est, et cum siccitate insigni oris plerumque adest; color linguae niger, qui concomitabatur febrem Erysipelatosam, situs erat in membrana linguae extima, in Epithelio, quae ut prolongatio Epidermidis circa os habetur; nec quicquam in Lingua ipsa mutavit, excepto solo colore. Amarities oris, sapor alienus, desiderium et effectus bonus potuum acidulorum a priori jam intelligi possunt, quae omnia eo majorem alterationem monstrant *) quo magis accidentalia ab Exemplare depictato deflectuntur; conditio cutis in hoc morbo (febr. Erysip) saepe arida est, et Punctiones saepe non tantum in cute, sed et in partibus cum cute quodammodo similaribus, dantur, quales sunt tela cellulosa et membranae pleraeque

*). Ad criteria quae in sanguine emisso Refrigerium susceptum indicant, praecipue pertinet Lympha serum illius Insulae adnatans decolor turbida, Diapnoica uti sal ammoniac, vin ant Huxhami, vel sulphur aur antim, hanc Lympham decolorem corrigunt: Haec sanguinis ducti lympha in Bilisalteratione saepe flavescens conspicitur.

trium magnarum corporis cavitatum; quae duo ultima data, congruentia cum crassiori sanguinis indole, quae in Directione morborum gentili vulgo obtinet, saepe citissime febrem adaugebant; haec saepe citius indolem inflammatoream massae sanguineae conciliabant; Pulsus durus, saepe magnus adfuit, huae phaenomena vel signa luculenter brevi tempore adaugebantur, nisi his cum adaequatis sanguinis missionibus, cum Nitrate potassae, Tartritide potassae acidula, Tamarindis, cum diaphoreticis medicaminibus uti cum floribus sambuci etc. combinatis, occurreretur, Etiam sanguis eductus ostendebat crustam intensem Rheumatico Inflammatoream, praeprimis si venae sectio repeti debuit, vel si venae sectio non directe in morbi principio instituta erat; non semper Indicatio sanguinis missionis tam lucida fuit, Arteria a causa morbosa interdum subigi videtur, ita ut (ponamus) Aegrum viribus vitalibus non esse destitutum, post breve tomporis spatium cum majori Euphoria caput extollat Arteria.

Formula medica. No. 1.

R. Decoct Tamarind cum flor. samb. ℔j.
Nitrat Potass. ʒij Extr. gram ʒiv.
Rob. Sambuci ℥j m. *).

*). Medicamenta, bilem alteratam corrigentia, uti sunt Tamarindi, Tartris potassae acidula, in casu intensiori cum

Methodus medendi Antigastrica vel ut explanate loquamur, usus medicamentorum Purgantium proprie dictorum, parum universalis; Emeticorum usus fere nullus fuit: *Conditio subgastrica* quae adhibitionem illorum medicam. evacuant. postulare videbatur, plerumque etiam in febre hac Erysipelatosa, aeque ac in multis aliis hujus staseos Epidemicae Febrium speciebus, tam intime cum fluidis partibus vel Humoribus adhuc in vasis contentis, et tam intime cum causa gent. morbi proxima, quae qualitate quodammodo gaudebat acrioris Rheumatis, cohaerebat; *) conditio scilicet illa subgastrica cum Rheumate acri tam intime erat conjuncta, ut de sordibus directe educendis ex primis viis vix vel nequaquam cogitari debuerit, saepe suffecerunt *haec* Emendatio materiae alteratae

---

nitro (nitrate potassae), in ardore febrili magno cum. Aethere nitrico alcoholico (spiritus nitri dulcis), multum boni praestiterunt.

*). Febris haec erysipelatosa quae indolem synochi catarrhalis inflammatoriae sub G. D. praebet, saepe ut specimen morbi gentilis acuti indicabitur.

Formularum medicinalium in synocho catarrhali subinflammatoria usitatissimarum:

N°. 2. R. Infus flor. sambuc ℔j
Sal. mir. Glaub.
Extr. Gramin. aa ℥ ß
Oxym. simpl. ℥ij
M.

morbosae, Indoles *Inflammatoria* febris observanda, et Functionem perspirationis leniter in actum ducere: haec plerumque suffecerunt, ut febris Erysipelatosa tuto ad finem vergeret; si sordes dabantur in primis viis, praecipue *Bilis alterata*, copiose si aderat, a conaminibus naturae solis saepius hae evacuabantur, sine quod Emetica vel Purgantia necessario requirebantur, sursum deorsumve magnam copiam Bilis corruptae vel quantitate peccantis, everrandis. Alvum tamen continuo laxam servare, magna nihilominus fuit indigentia. Si haec febris species cum morbo speciali topico combinata erat, uti ad Erysipelatem faciei (Belroos) saepe fiebat, affectio illa localis interdum tantopere Indolem inflammatoream induit, ut in gangraenam transitura minitaretur: illud aliquoties factum est, postquam vesiculae Erysipelatosae jam evanuerant, et Epidermis faciei jam desquamare coepisset. Iterum illud ultimum, indicium vedetur praebere sufficiens, Directionis aliter modificatae; Praeter dictam medelam internam, Applicatio externa Aquae vegetomineralis (Aqua Goulardi) combinatae cum *Nitro* in hac inflammatoria cutis conditione, optimum praestitit effectum: (Ubi hujus febris forma asthenica datur, Formulam medicamentorum ad pag. 182 notatam, laudat Febirs Erysip:

v. c. R. Camph. gr. vj — x
Solv. in spir. nitr. dulc. ʒij
Sal. mir. Glaub. ʒvj
Extr. tarax. ʒiv
Rob. sambuc ℥ij
Infus rad. valerian. ℔j.
M.

In hac febris specie et etiam in multis aliis formis hujus Epidemiae febrilis vel morbis raro causa Gastrica si aderat, tam mobilis fuit, ut directe ab Emeticis vel Purgantibus amoveri posset medicamentis.

Quando medela antigastrica consignatius debuit prosequi, plerumque satis dedit:

N°. 3. R. Inf. fol. semnae ℔j
Nitr. pur. }
Sal. ommon. } vin ant. Huxh. ph. Bat.
— Extr. tarax. aa ʒij — ʒiv
Rob. Sambuc ℥j — ℥ij.
M.

Si exemplum convenientiae volumus, conditionis vel speciei febrilis sub gentili directione cum conveniente febris specie sub universali directione, certe haec febris gastricae species cum Erysipelate etc coeuns, multimode convenit cum Febre gastrica venosa Richter.

§ XVI.

RESOLUTIO TELAE CELLULOSAE.

Vigente Directione saepius dicta Gentili, Nos Exemplum terribilius *περι τον ςημτοματος κατ εξοφην* observavimus: Scilicet constitutio Epidemica infectionem vehementem interdum praebuit in Telam cellulosam, et quidem adeo vehemens Infectio illa Epidemica in Telam cellulosam fuit, ut brevissimo tempore totalis Resolutio et consumtio hujus contextus cellulosi et saepe quoque mors plerumque post aliquot tempus sequerentur: In principio hujus morbi praeter Passionem Generalem Epidemicam, nihil peculiare Aegrorum observandum fuit; verum elapsis tantum paucis diebus, ostendebant Aegroti summan corporis emaciationem, quae emaciatio nec fortiori Impetui vel vi morbi, nec debilitati temporali jam praesenti Patientium, adscribi potuit. Praecipue hunc morbum observavimus in quatuor Infantibus: horum duo curati, et duo mortui sunt: Post nonnullos dies uti dictum est, summa emaciatio praebebatur; nunc cum majori nunc cum minori febricitatione comitata; cum insuper nec defuerunt signa Rheumatis et status subgastrico, vulgo de morbo catarrhali subgastrico putandum esse crederetur,

nisi tam eminentissima et citissima emaciatio in peculiorius quid animum vertere curavisset: Emaciatio de tempore in tempus et indesinenter augebatur, cutis mollitiem suam rotundam amittebat, in progressu cutis sacci in modum membra circumagebat, vel potius ossibus circum jecta erat, cutis rugosa fiebat, Tempora collabebantur, oculi in orbitas postrorsum retrocesserunt, summa emaciatio totius corporis aderat, Impotentia sessionis in statu erecto observabatur, conatus minimi musculorum movendorum Parvulis summe dolorosi erant; Patientuli in tenerrima Infantia adaequatissime imaginem decrepitae senectutis referebant; si nunc consideremus Nervos denudatos sub cute versari, fibris muscularibus fulcimentum et vestimenta deesse, quod et forte a causa Epidemica stimulentur, si a causa Rheumatica inter morbi cursum aucta quod sint morbi phaenomena, vel quando uti in multis infantum morbositatibus obtinet, quando acidum primarum viarum praedominaret, quod hinc spasmi perpetui orirentur, Exilem Idaeam horum miserorum, tenebimus antequam hicce status miser cum lentius adveniente sanitate, vel cum morte doloroso commutabatur *).

*). Usus haud diuturnus vini stibiati (vinum antimoniale huxhami) successus ab usu Martialium cum Pulvere la-

Appellavissemus nos hunc morbum, *morbum Infantilem* et putavissemus hunc morbum valdopere affinem morbo consimili Infantum, qui nondum diu recte fuit recognitus vellem, (salvis diversarum corporis partium patientium conditionibus) Emollitionem, Emaciationem vel †) Perforationem ventriculi: nostrum vero morbum scilicet Resolutionem telae cellulosae etiam nos observavimus et curavimus in Geomatriae canditato, Juvene annorum viginti; febricitatio levis etiam in hoc aegro aderat, quaerebatur Aeger de sensibus dolorificis artuum, licet per totum fere tempus aegrimoniae in lecto versaretur, questus tamen est de magna lassitudine, post perpaucos dies summa etiam emaciatio se obtulit; Aeger erat constitutionis corporeae tenerioris, et gaudebat sensili conditione nervorum, in his scilicet vitae infantili proxime accedens; In hoc aegro curatio erat et fausta et celeris. Cura aperiens diaphoretica leniter laxans, bonam opem dedit

---

pidum cancrorum, Pauxillo corticis peruviani cum quodam aromate, in uno Patientulo sanitatem fractam restituit.

†). Morbum illum tristem Infautum vel Emollitionem et Perforationem ventriculi, etiam nos aliquoties observavimus in quo vomitus qui materiem albuminosae indolis magna saepe copià emittit, terribilius plerumque symtoma est. — Catechu?

in hoc morbi casu. Pro remedio externo ad actionem normalem systhematis cutanei et praecipue telae cellulosae restituendam, videtur corporis frictio pannorum laneorum calidorum et perfumigatorum cum fumo sulphuris adusti, adaucta, vel sustentata a medicamentorum lignosorum, usu interno liberali, utilitatem magnam praestitisse et medicamenta stomachica Roborantia curam confixisse videntur in hoc quinto morbi casu.

R. Rasur lign. Sassaphras ℥ij
Stipit. Dulcamar. ℥j
Rad. Liq. sciss, ʒiij
m. s. species.

§. XVII.

ANGINA.

Convenientia aliquae vel similitudo Partium Isthmum faucium constituentium cum Pelle humana cum non negatur, febris quae plerumque affectionem morbosam partium Isthmum constituentium concomitabatur, multum cum febre Erysipelatosa conveniens; ut causae sufficientes haberi potuissent, quod transiissemus a consideratione Febris Erysipelatosae, in considerationem Anginae: cum vero modo pertractatus morbus, vel Resolutio et consumtio telae cellulosae tot momentosa, et quantum scio

adhucdum plane incognita praestavit, Nemo considerationem illius morbi supervacaneam jndicabit.

Nunc adferemus quaedam momenta in Angina observata.

Quod Anginam vel Inflammationem partium *Gutturalium* *) praecipue Praeter momenta vulgariora cognita v. c. ad Formulas medicas in synocho catharrhali subinflammatoria usitatissimas (ad febrem conjunctam quae febris synochus catarrh. subinfl. fuit) spectantia, de hac nostra Angina Epidemica annotari debuit.

1mo. Se praebuit tanquam. —

Angina Ulcerosa.

Ulcerationes plerumque superficiales †) in Isthmo faucium, ad Tonsillas, et etiam in oris cavitate dantur.

2do. *Angina Spongiosa.*

Morbi vulgares etiam quando simul scarlatina aderat, hic non putatur de omni Affec-

*). Angina talis ulcerosa non a scarlatina comitata, in uno casu ulcera profundiora exhibuit. Vidicollut. ex mel Rosar etc.

†). Inflammationes hac partes corporis laxiores invasae, majorem pituitae tenacioris copiam secernentes tale saepe comprobant Gargarisma:

R. Sal. amm. ℨij

Spir. minder. Oxym Simpl. aa ℥ij

quod dilutum, aeque bene Injectionibus faucium potest inservire.

tione morbosa Tonsillarum, veluti de omni incrassatione et extensione Tonsillarum in initio fere cujusvis anginae, affectionem et passionem tonsillarum indicantibus, sed putatur de post paucos dies morbi sese offerente, nonnunquam Isthmum totum clandente, spongiosa morbositate Tonsillarum, combinata cum fere eadam affectione Membranae schneiderianae narium; Praecipue in Infantibus hi casus observabantur, fuit morbus mometosus, saepe in mortem abeuns.

Prima morbi species, Angina ulcerosa tanquam morbus localis considerata, postulabat medelam chirurgicam, pro re nata variatam; si conditio haec ulcerosa partium variarum Isthmi, praeprimis curam exigebat, Gargarismata detergentia depurantia vel sufficiebant, vel cum lenientibus alterari, vel etiam secuminvicem haec connecti debebant. — *).

Secunda morbi species †). non raro interficiebat Aegrotos, viis aereis simul cum oesophago omnino clausis.

*). Ita *colutiones* e mel Rosar cum acido muriatico acidificatae, ita cum Tinct. myrrhae impraegnatae, vel Decoctum altheae vel colluendi oris scopo quae sumebantur, vel penicillorum ope et diversimode quae applicabantur, hisce scopis satisfecerunt.

†). Angina tonsillaris spongiosa tempore ab dictis casibus remotiore, in Adolescente sexdecim annorum observata,

Primo intuitu cogitaremus, nostram Anginam cum vel sine ulceribus, uti re in vera se obtulit, ad notam Anginam malignam ulcerosam esse referendam; ab una parte conspectum, illud cum veritate consentaneum videtur; verum Directio Gentilis sub qua dabatur, haec nostra Angina, tam peculiarem tam genuinum characterem huic dicto morbo impressit, ut de convenientia totali cum hoc vel simili morbo sub universali Directione, haud cogitari debeat. Si quando systhema arteriosum a causa Epidemica non subactum fuit, veluti factum in febre Erysipelatosa vidimus, plerumque sub vel et verus status inflammatorius cum Rheumate et cum statu subgastrico aderat; Generalis medendi Methodus similis medelae qua in Febre Erysipelatosa usi sumus, quoque in Angina concedebatur. Magna inclinatio fluidorum in putredinem, si ulcera localia impura in Isthmo faucium excipiamus, non adfuit. Exhibitio in dictis morbis remedii cujusdam combinati, Muriatis hydrargyri oxydulati, vel (Primo excepto) Nitratis potassae, sulph aurat ant, cum camphora

---

non gargarismatibus ammoniacalibus, non adstringenti gargarismate, amoveri potuit, verum tonsillarum scarificationicessit; quaeoperatio commode ope Gargarismatis e spir vini Gall. sustentabatur. In hoc aegro affectio illa membranae schnei-derianae non adfuit.

in consimili merbo A. D. quae magnam saepe opem attulerit, licet aliquibus in casibus affectionum localium partium musculosarum, uti Pectoris, cum optimo successu daretur; ita per totum *), in hac Angina spongiosa tonsillari vel non sufficiebat, non indicata fuit, vel in Pueris tenellis adhiberi non potuit. Jam aliqui Infantes hoc dicto morbo laborantes, puto duo tresve exstincti erant; sensu dolorifico vel quidem moerore affectus eram, in casu priorum simili, opem tenello misero allaturus, nunc casu fortuito cum ducor ad assumendam sequentem formulam.

Linctus ad Anginam tonsillarem spongiosam

R. Sal. ammon. (mur. amm.) ʒiij
Mell. commun. ℥iij
M. lente.

Inter haec duo remedia commiscenda, observabam uti cuique haec dicta remedia commiscenti obtinget, observabam scilicet adscensionem vel vaporem fluidi tenuissimi, acriter olfactum tangentis; visum est mihi, ut et cum veritate consentire dehinc observavi, visum est non nimis libere continuandum esse cum

*). Hanc medicamentorum formulam clar. Theussink in angina maligna saepe utilem esse vidit. certe in stadio morbi non valde provecto et A. D.

miscendo, halitus materiae hujus tenuis acrioris in Isthmum faucium se dispergendo, forte in corrigendo morbo Tonsillarum spongioso, salutaris esse posset: Factum quoque sic est: Reliqui aegri quando tonsillae spongiosae solae claudendo vias dictas aereas, mortem minitabantur, usu hujus remedii sanabantur; sat cito tonsillae spongiosae, expasae, in minus volumen sese contrahebant, brevi naturalem conditionem adaequantes; Etiam affectio morbosa membranae schneiderianae narium, Prioris affinis, amittebatur, una usu dicti linctus, et Patientuli ad integram sanitatem redibant, sumi vero debet (quod bene tenendum est), sumi debet Mel consistentia qui gaudet, non fluidior qui est; etiam uti jam monuimus, commixtio utriusque illius medicaminis non nimis accurate fiat, paululum commixtus sufficit: Num materia exhalans vel fluidi acrioris adscensio num sit Ammonia, vel Gaz acidum carbonicum, num sit novum corpus chemicum, nihil faciet ad rem; his in morborum casibus utilis deprehendetur.

§. XVIII.

PARS CORPORIS HOMOGENEA.

Sanguis tanquam corpus sui generis consideratus, sine quod utilitas ejus quotidiana

perpendatur (ad quam v. c. spectant Nutritio et secretiones) est fluidum, quod operationibus chemicis et Experimentis physicis subjectum, incogitabilem fere multitudinem variarum substantiarum chemicalium et Physicarum dat; hae vero substantiae in vita sana tam intime tamque sincere conjunctae et commixtae sunt, quale nobis in optime praeparata mixtura repraesentare lubet: Unum et alterum harum Physiologico Pathologice consideratum, nostrum erit: hoc fluidum cum vi vitali partium firmarum vel solidarum, in tam bona Harmonia versatur, accipit ab his tantum influxum et talem stimulum, forsitan sub specie materiae electro magneticae, in tanta copia, quae requiritur, ut hanc suam qualitatem incolumem conservare queat: Quando vero abundantia harum effluviarum, vi corporis vitati vel etiam, spesialius quibusdam Partibus corporis, accumulatio harum conciliatur, vel etiam quando vis vitalis a causis morbosis affecta, in nimiam reactionem incalcatur in genere, ita ut se Auctorem illa jectitet, Partes corporis aliae quoque, cum exaltato vis vitalis statu, in connubio angusto viventes, ut sanguis, et praecipue pars sanguinis fibrosa, punctum summum defendendae Majestatis, in se suscipient In statu sano et quando vis vitalis non valde est affecta, haec pars

sanguinis (fibrosa) Passivam aget, in statu autem in quo illam modo consideravimus, se Togatam praestat. Vis vitalis affecta *). Amicum Robur evocat, hic arcessitus invitat Equites secuturos; Pars fibrosa sanguinis cum vi vitali affecta intimum connubium alit, vel potius ordo invertatur, haec exaltata, reliquas partes sanguinis constitnentes suae ipsius sortis participes esse facit; quoque hae mútationem subeunt: Effluviae consentatae materici electro magneticae corpus solidum Basin arguent, corpus semisolidum quale est pars fibrosa sanguinis in corpus solidum vertere vel commutare poterunt; id quod fieri videmus in statu exaltato, vel in statu Inflammatorio id vulgare est. Vis vitalis vero ut jactitatio sua aestimetur, indiget fibra jam solida, haec fibra indiget influxu nerveo, ultimi vel nervi si recusant, vel si incitatione nimia debilitati sunt, vel si nervi affectione morbosa sunt ligati, status exaltatus sanguinis vel ejus partis fibrosae, fieri non potest, loco quod vis vitalis harum partium solidarum, loco quod vitalis vis harum partium,

---

*). Sine dubio subintelligi debet *morbose*, vel vehementiori quam naturali fit modo; latiori quippe sensu omnes actiones vel Reactiones corporis naturales, vitales, ita vis medicatrix, vis conservatrix etc ad affectiones et Reactiones vis vitalis sunt referendae.

Parti fibrosae sanguinis abundantem copiam materiei electro magneticae tradat, *) ut se Auctorem praestaret Pars sanguinis fibrosa, (ligatis his) haec pars sanguinis fibrosa si potest, de sua genuina, sua propria materie, dimittet; sanguinis pars fibrosa perdibit hinc multum de sua qualitate, propria et quantitas ejus diminuetur; status languidus vel conditio languida totius massae sanguineae sequetur; si non haec omnia denegare volumus, sanguini ipsi vel parti ipsius fibrosae, semisolidam, pro parte dimidia vi vitali praeditam, qualitatem attribuere debebimus; in statu sano passivam, in affectibus morbosis vis vitalis tantopere quando quidem auctam, ut comparatam cum ipsius affinibus, cum reliquis scilicet sanguinis partibus constitutivis comparatam, fibram solidam firmam repraesentet: vel et in affectibus morbosis quandoquidem adeo fractam, ut nequidem amplius suam semifluidam qualitatem conservare possit, sed cum reliquis sanguinis partibus constitutivis in fluidum deforme transeat; Cum haec in morbis sit res familiaris et frequens, cum indigeamus tali Thesi, ad explicanda et intelligenda

---

*). Sanguis e vena effluens qui in euperficie sua habet gustas cerae sigillatae liquefactae conspectum referentes, hujus materiae Electro magneticae dives censeri potest.

phaenomena morborum familiarissima, et ad intelligendos morborum multorum exitus, praecipue in contemplatione exsudationis lymphae plasticae et in contemplatione.

1mo. Exsudationis Partium conditionem quodammodo organisatam, imitatarum. *a* *) I.

2do. Indigebimus tali Thesi in contemplatione Purificationis. *b*.

3tio. Indigebimus in contemplatione status sanguinis putridi, vel Putrefactionis, vel status sanguinis resoluti.

a. Haec conditio partium quarumdam noviter organisatarum, a speciali operatione, vel facto speciali partis fibrosae sanguinis, est derivanda.

b. In hoc casu quidem dabitur status sanguinis exaltatus, verum hic magis passivus, comparatus, cum exsudatione lymphae plasticae coagulabilis, vel cum agendi modo partis fibrosae comparatus; status sanguinis exaltatus obtinet hic in partibus sanguinis, tantae Auctoritatis, qualiter fibrosae pars, haud compotibus.

Purificatio potius tanquam productum seri et cruoris pro magna parte erit consideranda,

---

*) Stasin ipsam morborum phlogisticam nunc magis Purificationi, nunc magis exsudationi favere, Experientia omnis temporis docuit.

et quidem nunc productum unius *forte* vel seri, nunc alterius vel cruoris.

Sub Gentili Directione Reagendi modus virium vitalium viam inversam ingredi videtur causae Infectiones morbosas sanguinis quae valent excitare, vel accumulationes et status exaltatus virium vitalium a Directione Gentili ad Partes caeteroquin Parti fibrosae submissas mittuntur: Directio Gentilis has infectiones morbosas communicat, cum sero et cruore; hae Partes debebunt induere, quod et revera fieri videmus, characterem exaltatius Reagendi; induent characterem talem, qualem sub universali Directione firmam solidamve conditionem salutavimus; Non Pars sanguinis fibrosa proprie dicta, sed serum et cruor gaudent nunc qualitate vel charactere exaltato, prima vel sanguinis pars fibrosa sub Gentili Directione Ultimis, vel sero et cruori est subjecta. Totalis Incrassatio massae fluidae vivae datur: haec incrassatio massae fluidae causam Epidemicam (Archaeum) in se suscipiens, tantopere in semet inclusam tenet, ut actio validior colatoriorum naturalium corporis, Reactio morbosa corporis affecti aucta, vel Dirivatio artificialis requirantur, si non sequelae oriebuntur, tales, quales accidere videbimus apud cachexias. Quid efficit venae sectio vel

Methodus Antiphlogistica sub Directione Universali?

Si in hoc casu venae sectio requiritur, sanguis e vena emissus ostendit in morbis inflammatoriis, sthenicis crustam inflammatoriam non vero semper ostendit sanguis in tali casu crustam inflammatoream; ante omnia non semper sanguis emissus ostendit illam crustam inflammatoream post primam venae sectionem, dum secunda vel tertia sanguinis emissio illam crustam inflammatoriam luculentissimam, eamque intensam, tenacem ostendat, ut nobis illud recte illucidetur, animadvertere debebimus, conditionem sanguinis exaltatam super totam massam sanguineam dispersam; massa sanguinea est exaltata, verum, omnes, sanguinis partes parem sortem sortiuntur; massa sanguinea adhuc suum proprium fluidum sui generis conservare scit. Infectio continuata primum requiritur, ut analysis sanguinis partium obtineatur: Aut post venae sectionem illud citius fieri observamus: illud oriri videtur a permutatione celeriori quantitatis massae sanguineae, nunc diminutae; abundans copia materiae electro magneticae qua fruebatur sanguinis massa ante venae sectionem, magnam alens affinitatem cum sanguinis parte fibrosa, se infingit ante omnia huic sanguinis parti, aequaliter cum sanguinis tota

massa, *diminutae*, cúm hac sanguinis parte combinata haec, reliquae partes sanguinis constitutivae *fato* relinquuntur. Analysis physico organica partium sanguinis constitutivarum obtinet; crusta tenax inflammatoria conspicitur nunc post venae sectionem iteratam: Sub Directione gentili crassities vel habitus sanguinis crassus, consistentiae non minoris, verum potius exsuperantis observatur; Partes sanguinis uti serum et cruor abundante copia cum dantur, et facilius quam fibrosa pars reproduci cum possunt; haec sanguinis crassities, data Directione gentili) adhuc conspicietur, quando sub iisdem conditionibus, non amplius de vera sthenia cogitari potest; praecipue conspicua est haec sanguinis qualitas in a nobis citato statu Hyperstenico, et in conditione Gelatinosa.

Quid est Hypersthenia sub Directione Universali?

Est illa conditio virium vitalium exaltata, quae, traducta in fibram vitalem, eam attigit altitudinem, ut non amplius in suum naturalem statum, vel statum sanum regredi possit, sed invito in exitium vel mortem transire debet, ipsum quod videmus re in vera fieri in sphacelo, in Gangraenam transitura. Hypersthenia sub Gentili Directione non omnino confundenda est cum statu Hypersthenico, de

quo postea dicemus; quique status hypersthenicus causam Gastricam, peculiarem, a Liene morboso Productam arguet; et qui status hypersthenicus praecipue post tempus quoddam datum, sub cura medicinali activa, vel antea vel nunc facta, phaenomenis vehementioribus rectius plerumque qui recognoscitur: sed Hypersthenìam G. D. volumus, cum locali plerumque partis cujusdam Affectione conjunctam, a febre quidem comitatam, minus vero (praeter affectam localitatem) minitantem; non a causa gastrica Lienali tam aperto sustentatam, citius quam status ipse Hypersthenicus progredientem, in plurimis, excepto forte morte et excepta durationis periodo, in inversam viam abeuntem. *) Casus quidam †) Hyperstenìae in Juvene annorum 25 praecipue attentionem ad se traxit: querebatur Aeger post Febrem 36 horarum, de dolore pectoris, de magno Pectoris interni ardore, Pulsus Inflammatoriam conditionem non adeo quam irritationem indicabat, minus scilicet ostendit Robur, quam in statu vero inflammatorio plerumque observatur; minus indicavit nempe robur, quam affectioni huic Pectoris

*) Status Hypersthenicus praesertim in systhemate saeviit, (systh. sang.); Hyperstenia vero, organon, (Pulmonem vel pleuram) uti in casu, mox.

†). dicendo, per excellentiam lethalitate afflixit.

gravi analogum duceretur; Labia, lingua et oris cavitas erant nigrae, Lingua nigerrima, arida, sulcata; phlyctaenae in oris cavitate adsunt, cum pseudomembranis in multum convenientes; In principio sitis gravissima fuerat, quae nunc est diminuta, sperans fore ut si Aeger venae sectionem ferre posset, hanc Aegroto utilem esse futuram; sanguinis missio forte ℥xl saltim ℥xxx instituitur; Arteria sub et post operationem conservat suam indolem, conamen animi deliquii minoris datur, paululum tantum levaminis Aeger experitur post vs. Aegro datur mixtura antiphlogistica cum Tamarindis et sal mir glaub; sequenti die instituitur venae sectio ℥xvj. Dolor urens per totum Pectus continuat, Fomentationes schmückerii super Pectus ponuntur et hoc modo continuatur cura medicinalis. Post biduum vel triduum cavitas oris, Lingua etc. sunt humidae; phlyctaenae, psendomembranae evanuerunt; color naturalis nominatarum partium rediit, Aliquae spes salutis fulget, sed ardor pectoris urens perseverat, somnus nullus, abhinc 3 vel 4 diebus de improsivo collapsus virium vitalium, oppressio pectoris accidunt, et mors breviter sequitur; ardor pectoris interni ad finem continuavit: In ultimo morbi periodo Aegro acidum sulph. dilut est datum.

§ XIX.

EXITUS CONSTITUTIONIS EPIDEMICAE MORBOSAE VEL CACHEXIAE INSOLITAE.

In morbis, in quibus causa epidemica praecipue et ante omnia primum infestat Humores inquilinos, ut et in morbis, ubi directio reactionum organismi animalis in stimulum morbosum plane insolita insueta est, etiam alii quam vulgares eventus vel sequelae exspectari poterunt: Hae res exspectandae etiam sat graviter durante vel post modo elapsam constitutionem Epidemicam se exhibuerunt: Cachexiae vulgariores vel notae, aut non dabantur; vel si darentur multo aliter erant modificatae. Durante toto meatu phaenomenorum morbosorum, signa aderant affectarum Partium fluidarum, jam in initio morborum odore ingrato foetido Aegrotantium observanda: causa morbida saepe tam circumscripte infectiones et effectus suos in Massam humoralem in corporis vasis contentam exercebat, ut licet coetera organa eorumque Functiones, majori minorive modo. *Tenore alieno* laborarent, his tamen saepe haud definita morbositas attribui potuerit. Ratio peccandi hujus massae fluidae, quando causa morbida praeprimis huic determinata manebat, fuit triplex.

1mo Per Abundantiam.
2do — Deficientiam.
3tio — Abnormitatem.

Cachexiae sub directione assueta universali et post Reactionem vulgarem sequentes, sine peculiaribus acrimoniis pro Basi salutandis, et post morbosas affectiones relictae, sunt praecipue 1 Conditio Pituitosa.

2 Status putridus.

3 Conditio hydropica vel Lymphatica.

In his conditionibus cachecticis, plerumque obtinent Laxitas fibrarum et aucta fluiditas humorum; hac laxitate partium solidarum emendata, si *cura* successu gaudet, (unsub qua nunc quidem unum systhema prae alio, nunc una pars corporis prae altera, in Reactionem adauctatam vel actionem majorem duci debet), manca conditio massae fluidae amovetur; Ultimis vel partibus fluidis prima vel solidas partes tanquam Dominum salutantibus: Reactio major in his concentrica observatur.

Cachexiae sub gentili directione sunt

1 Conditio gelatinosa.

2 Conditio mucosa.

3 Conditio silicea. (De ziltige gesteldheid. De juiste vereeniging van de ware latijnsche en de ware Nederlandsche Benaminge. zal

zeer na de wezenlijke hoedanigheid hiervan uitdrukken.) Ut et peculiaris conditio vel una cum gelatinosa, conditio scilicet Hydropica.

Conditio gelatinosa valde frequens fuit,*) saepe in *conditionem Hydropicam* abiit, velet confestim cum conditioni hydropica fuit conjuncta.

Conditio mucosa praeprimis se cognitam reddidit citissima exinanitione partium fluidarum, chlorotica, alba. In temperamento parum robusto (uti nos observavimus) subito in mortem abiit.

Conditio silicea maximam merebatur attentionem; tam quod ejus insuetudinem attinet, volo illius conditionis incognitam qualitatem, quam quidem praecipue quod hujus conditionis sequelas spectat, scilicet huic conditioni subsecuta est totalis induratio viscerum Exempl. caus: *Pulmonum*.

In omnibus hisce dictis conditionibus cachecticis Gentil. Dir. Rigiditas fibrarum aderat, conditione hydropica nequaquam excepta, sed in hac conditione (hydropica) omnino recognoscenda. In his Reactio observatur excentrica. Penultimum hoc est accidens quod, vel est qualitas Directioni gentili praerogativum in suis cachexiis, quod et valdeqaum attentionem Medicorum meretur, Fibra rigida cum maxime

---

*) Aqua selterana v. c. in hac conditionem proficua.

alterata conditione fluidorum, quae vitam devastare minitantur.

Tanquam Indicationes medendi generales in his cachexiis G. D. accipi possunt.

1mo. Conditio gelatinosa exigebat Methodum aperientem resolventem.

2do. Conditio mucosa postulabat Diaetam mollem, levem, succulentam.

3tio. Conditio silicea, ut Germanice loquamur poposcit Eine gute *Phflege*, ut colatoria naturalia corporis continuo et perpetuo aperta conserventur, alioqui conditio silicea massam gradatim incrassandam et indurandam, lapideam, in cellulas apertas viscerum tanquam sedimentum vel praecipitatum ex ejus medio deponet. Haec depositio massae indurandae praeprimis obtinebit, uti nos observavimus in Partibus vel organis, ab initio morbi praeceteris morbose affectis Conditio silicea hanc depositionem materiae lapideae effecit luculenter in duobus Personis vel Individuis, quibus Passio morbosa diuturna et Mors sors fuit. *).

Conditio Gelatinosa erat uti vidimus valde frequens, longivaga, tandem in Aquaticam conditionem vel conditionem hydropicam abitura,

---

*). Pulmones uti diximus fueru in his subjectis corporis partes vel organa, quae maxime indurabantur.

vel nonnunquam ab initio cum hac conditione (Hydropica) connexa.

Notatu dignus Nisus fuit quem sanguis nonnunquam in subjectis Robustis Inflammatoriis, in conditionem mucosam ostentabat, et quidem haud raro in principio jam morbi, se cognoscibilem qui reddebat, in qualitate sanguinis granulosa, in pulcherrime Umbroso violaceo colore sanguinis; haec sanguinis conditio praeterea gaudebat hac peculiari qualitate, quod (caeteris paribus) prae aliis Purificationi vel ortui illius fluidi, quod vulgo Pus vocare solemus, faveret; Conditio mucoso inflammatoria nonnunquam post tempus breve ingentem quantitatem puris potuit conficere; si fluido illi Rem vulgarioris puris placantem, multas Puris vulgarioris similes, multasque proprias genuinas qualitates possidenti, nomen Puris concedere volumus.

§. XX.

STATUS HYPERSTHENICUS.

In dispositione morbosa, cujus basis in humorali massa vitae perquam necessaria, erat quaerenda, vix est quod miremur, hanc conditionem saepissime in partibus, quae comparatis

cum solidioribus vel firmioribus corporis partibus, ad semifluidas partes referri possent, quod haec conditio inquam saepissime in oris cavitate, vel hujus cavitatis membranis, suos spargeret flores. Ulcera haematodes Gingivae et reliquarum partium cavitatis oris, *Ulcus Noma* morbi uti vidimus erant vulgariores: Hunc vero morbum (Ulcus Noma) nos offendimus cum statu hypersthenico conjunctum, cum his sequelis, ut omni labore in nihilum verso, post paucos dies plusquam dimidia pars labiorum in sphacelum et gangraenam abiret, et quod post actionem hujus hypersthenici status paroxysticam semel repetitam Aegra vitam amiserit: status hic morbosus cum febre sat gravi (inflammatoria) fuit combinatus: hunc statum hypersthenicum etiam offendimus nos conjunctum cum inflammationibus localibus Thoracicis et cum Hepatitide. N. B. Exinde autem non concludendum, quod hi morbi g. d. ubivis statum Hypersth. agnoverint. Qua vero in re consistit proprium vel peculiare illud status hujus hypersthenici?

Hypersthenia vel potius status hypersthenicus illud habebat peculiare, quod licet recte et satis aperto recognitus esset, se non ad curationem vel sanitatem duci pateretur. Ubi offendebatur status hypersthenicus, illi Met-

hodus antiphlogistica occucurrit, methodus antiphlogistica illi occucurrit saepius, et saepissime; Venae sectiones liberalissimae institutae sunt, et nitrosa abundanti copia sunt data. Pulsus conservavit Indolem suam inflammatoriam, sanguis post quamlibet sanguinis missionem, characterem suum inflammatorium ostendere perrexit, usque dum sanguis a cruore suo, omnino fuit orbatus, Leucophlegmatia sit orta, et mors sequeretur. Causa hujus hyperstheniae haud cohibendae videtur consistere in Gastrica morbositate, eaque peculiaris indolis; videtur esse habenda tanquam Productum morbose affecti lienis, in hoc viscere contentum, vel acervatim fortasse pervasa brevia in ventriculum et duodenum ejectum, difficillimum everratu, non tantum qua materia valde tenaci, verum etiam Hypersthenia raro quoniam permittit, ut cum Emphasi Emeto vel catharctice agetur.


Et qua in re consistit haec Lienis morbosa Affectio? cujusnam Generis estne illa?

Physiologia praecipue hodierna, nobis suo more Humani corporis viscerum functiones clara luce explicatura, titubat pede, si quando judicium feret de Functione Lienis, habet illud Viscus tanquam adjutricem secretionis bilis vel Functionis Hepatis.

Bilis vero peccans aut non peccans, amovetur vel amoveri potest, e vicinitate hepatis per vias naturales cognitas; illud autem non ita locum habet cum statuta data secretione morbosa in Liene; Lien quippe caret genuino naturali ductu excretorio; quando nunc Hepar materiem morbosam in Liene secretam, ab hoc viscere non vult accipere,*) tunc magis magisque hoc viscus (Lien) stimulabitur, donec suae viae artificiales aperiantur materiae morbosae; et viam breviorem electa, per vasa brevia haec materies morbosa acervatim vel cum portiunculis in ventriculum vel Duodenum educetur.

Probabiliter cadaverum sectiones in urbe Groninga institutae aegrorum hoc nostro morbo epidemico defunctorum, et in quibus Lien de industria examinatus et exploratus est, poterunt hanc nostram Hypothesin praelucere, vel haec nostra hypothesis conditionem illius visceris vel Lienis, uti post mortem est inventa, praelucere poterit.

E. L.



*). Ita ad Directionem morborum universalem quandoque *Functiocutanea* et Renum negotia Bilis secretioni occurrere aemulantur, vel Hepar vicem vertitur.

CAPUT TERTIUM.

---

§ XXI.

MORBI PECTORALES.

Morbi pectorales vulgatissimi, prae reliquis signum Identitatis Epidemiae secum tulerunt. Jam duo vel tres anni, antequam Epidemia nostra in suo vigore vel in majori Paroxysmo se praestitit, Morbi quilibet pectorales, exempli causa Inflammatio systhematis vasorum sanguiferorum omnis, vel carditis et Pericarditis, jam characterem suum singularem ostentarunt.

Pleuroperipneumonia se obtulit cum tot speciebus et subspeciebus, ut completa hujus Analysis et synthesis forsitan vires humanas superent.

Ad contemplandum autem unum et alterum respici debebit.

1mo. In modum infectionis causae Epidemicae in diversas partes, in et circa cavum Pectoris jacentes.

2do. Respiciendum erit ad

Conditionem Functionum Virium Vitalium, et nominatim in conditionem Humorum.

3tio. Respiciendum erit.

a. In Influxum *quem* systhema nerveum in partes affectas, et vice versa, hae partes affectae in hoc systhema exercuerunt; *b.* In conditiones accidentales aliarum partium cum his morbis concurrentes. *c.* In exitum morbi pectoralis.

Ad primum quod attinet. A.

Affectiones variarum pectoris partium aeque ac illud in genere obtinet post quamlibet causam morbificam, si haec causa morbifica non alit affinitatem magnam et specialem cum uno alterove systhemate vel organo, erant et morbi Epidemiae hujus principaliores; causa quare nunc una nunc iterum alia pars Pectoris prae reliquis morbose afficeretur, quare nunc Diaphragmitis, nunc Angina pectoris phaenomena vulgariora fuerunt, videtur adscribendum esse, constitutioni clymatis variantis, constitutioni annuae, Aetati, sexui sed praecipue causis incognitis.

Thorax secunda magna cavitas corporis ab ossibus, Musculis et membranosis partibus

undique clausus, plurimus trium magnarum corporis cavitatum infectioni Elementi qualis aer atmosphaericus est, imo continuo influxui salubrium et insalubrium qualitatum Aeris Atmosphaerici et mutabilibus proprietatibus *) hujus Elementi expositus, morbose affectus, laborat praecipue duplici modo, vel 1mo *In cortice*, ossibus scilicet, musculis et partibus membranosis; vel laborat 2do In *Nucleo*, Visceribus in Pectoris cavitate repertis.

In universum et non sine causa modus secundus morbose laborandi praeprimis atten-

*). Quamvis multae harum sensibus et Experimentis fugiant, chemia Physica tamen detexit, quamdam relationem quantitatum variarum suarum substantiarum esse necessariam, si pabulum illud vitae utique scopo satisdabit ita v. c. etiam experientia his experimentis physico meteorologicis suffulta, tam aerem nimis siccum quam nimis homidum, qualitates suas speciales secum ducere, non omni subjecto, non omni tempore aeque salubres, satis docuit.

Quibus datis veutorum *auctoritas et Regiones*, aequo Jure recenseri merentur ita etiam aeris ravitas et levitas ita ipsius varitas et densitas ita Prelum columnae aereae, quae experimenta Meteorologica diversimode indicare tentant, magni imperii tam in omnem hominem quam in hujus Respirationis organa, comperiuntur.

tionem Medicinae ad se trahit (Directio universalis). Etiam primus laborandi modus saepe a Medicina aestimatur. *Modus mixtus* morbose laborandi vel Passionis morbosae partium utriusque modi Auctoritas, non dubitatur.

Quod ad nos attinet, Modo primo vel affectionibus morbosis modi primi, vel *Corticis*, maximam Auctoritatem debebimus attribuere (Directio Gentilis).

Viscera thoracica praecipue Pulmones, texturae levis spongiosae, fere toti quanti e vasis conflati, quorum vasorum vasa sanguifera secundum, verum nihilominus amplissimum et annotabilissimum locum occupant, sunt habendi tanquam summa media, caloris animalis producendi, dum vasa aerea officio organorum depuratoriorum praecipue funguntur: Hae ambae annotabiles Functiones corporis, in uno viscere spongioso quales Pulmones sunt, combinatae, causam arguunt concludendi haec viscera subeundorum morborum, et affectionum morbosarum in se suscipiendarum, non infima futura.

Imo voluntas humana vel Necessitudo Hominem sanum non raro per breve tempus facit laborare, ut quasi revera aegrotaret: illud locum habet post cursum velociorem, post laborem mium incitatiorem. *Anhelatio*

Si quando causa quae perpetuam adauctam actionem, vel Reactionem organorum auctam sustinere valet, accommendatur organo cuidam, ita ut tale affectum organon suam qualitatem substantivam conservare adhuc pergat, vis vitalis stimulata non diu quiescet *), quin tale organon affectum in conditionem exaltatam collocet, si scilicet vi vitali obstaculum non est oppositum; organa affecta illam subibunt mutationem, cujus apta deprehenduntur, Pulmones tanti momenti oeconomiae animali, si affectio in his obtinet, desinent fungi officio, quali corpori sano opus est; imo multiplicantibus causis morbificis, (incitationibus,) perdibunt qualitatem suam substantivam.

Thorax in statu sano tanquam focus vitae

---

*). Febris quae morbos pectorales G D. comitari solita est, quod ad sua symtomata essentialia, non adeo vehementia, quam diuturnitate; potius dura et levitate, quam intensitate se declaravit; ita frigus febrile vel Horror potius mora longa quam gravitate, ita ardor vel calor melius longus dicebatur quam fortis, quem sudor excipere solebat parvus sed frequentior; qui saepe partialis, minus universalis est.

Febris morbos Pectorales comitans vel affectionem morbosam localem praecessit, vel una cum affectione Partium locali initium cepit, vel locali affectioni subsecuta est: Perpetuum symtoma non fuit.

habendus, in statu morboso saepissime tanquam focus mortis observatur.

Si systhema cerebrale habetur conditionem nerveum purissimum in se continere, cum non minori causa quaerimus nos Arteriellitatem, conditionem scilicet sanguineam in maximo suo vigore, in pectoris cavitate; et hoc respectu sunt Pulmones, licet sint comparati cum corde et vasis sanguiferis majoribus, ut organa accessoria animadvertendi, sunt tamen hi (Pulmones) causidici hanc Arteriellitatem optime repraesentantes.

Affectio morbosa substantiva genuina hujus Arteriellitatis est res, circa quam etiam sub universali directione omnis cura impendatur; Affectio Partium hanc Arteriellitatem continentium, et plus adhuc affectio partium quae Hospites hujus arteriellitatis cingunt, Priori vel Arteriellitati ipsi postponantur: *Primo* Arteriellitas ipsa *tunc* Partes quae hanc arteriellitatem continent, Pulmones scilicet et cum his vasa sanguifera, Ultimo Partes quae cum his magnam affinitatem alunt, veluti sunt Membrana, Pleura Mediastinum, hoc est partes pectorales medianae, musculi intercostales etc. considerandae veniunt.

Ad secundum quod attinet B.

In consideratione affectionum partium diversarum Thoracis, praecipue uti jam vidimus, annotatu digna est etiam sub gentili directione, Genuina arteriellitatis affectio; Momentnm morbi existentis pro parte ab affecta arteriellitate demetiendum est; Pro parte quoque conditio partium hujus affectionis morbosae participium excerit vim suam.

Spasmi Inflammatorii Pleurae et musculorum intercostalium externe a musculis intercostalibus, a Pleura, ad viscera pectoris proprie dicta, se divergentes erant conditiones morbosae, ad quas morbi pectorales hujus Epidemiae referri debebant; dum cum causa sub Directione assueta, universa, momentum et modus existendi morborum thoracicorum in inverso ordine demetiuntur.

Habitus functionum virium vitalium vel modus secundum quem illi spasmi inflammatorii cavitatis Pectoris se praebuerunt, erat annotabilis; Adminiculum summum hic quoque dedit *Pulsus;* si Pulsus se praebebat uti apud Litt. A et C §. VI. habitus functionum vitalium virium haud dubiosus erat, posterior vel habitus Litt. C vero difficultates parere poterat. In pulsu Undisono (De ruisschende pols.) non

potuit cogitari de Asthenia, qualitas Undisona autem non generalis erat in conditione sthenica, dum Pulsum ad sensum digiti Astheniam indicantem vel sub Lit. C saepe sthenica vel Plastica vel Plethorica conditio sanguinis concomitabatur. *) Ille existendi modus in Morbis thoracicis U. D. recto s atis cognitus, hic sub Directione gentili majores difficultates peperit: Rarius post phlebotomiam Eyspectatum levamen experiebantur Aegri partium dolorosarum; Si durante sanguinis missione Pulsus elevabatur, semper utilis deprehendebatur venae sectio, Potentia medicamentorum adhibendorum inde facilior reddebatur, nonnunquom repeti debuit haec operatio; si verus status Asthenicus dabatur, venae sectio lethalem sequelam non raro passa est. Frequentitas conditionis sthenicae sub facie conditionis asthenicae adducere Medicum poterat in instituendam venae sectionem tanquam specimen probatorium: Gravitas morbi localis, dolor perseverans etiam in statu sthenico, et asthenico post venae sectionem indigitatis, Aeger tantopere hujus operationis insistens, effecerunt, ut haec operatio in spasmis Inflammatoriis thoracicis abuteretur: si

*) Plastica conditio vel talis qualem scilicet Epidemica constitutio praebebat.

Pulsus erat *vere asthenicus*, et nihilominus si venae sectio instituebatur, sanguis emissus plerumque signa conditionis mucosae monstrabat, vel et sub hac Epidemica constitutione venae sectio abusa, sanguinem emisit qualitate gaudentem dissoluta; illud ultimum locum habuit in morbis Pectoris, et in morbis non pectoralibus, plerumque tunc conditionem siliceam indicavit sanguis emissus. In conditione silicea, licet venae sectio abuteretur, raro a mox sequenti lethalitate subsecuta est haec operatio; in hac conditione quaedam indifferentia hujus operationis saepius adfuit, quod ad praesentem scilicet morborum statum.

Signum certum Astheniae conjunctum cum pulsu asthenico, fuit Lingua mucida (Een schimmelige tong.) haec lingua mucida scilicet cum immutata qualitate secretionis superficialis, quod ad quantitatem humorum in hoc organo secretorum spectat, ostendebat indusium flavo coeruleum. De connubio hujus cum Fluore mucido postea. ad (Pneumoniam mucidam, chlorosin et Passim.)

Etiam Lingua sulcis transversalibus praedita, saepissime conditionem asthenicam ostendebat; si haec ultima linguae conditio, sulcata scilicet, cum statu inflammatorio congrediebatur, tunc Pulsus nequaquam simulavit, sed tunc

erat plenus et durus, etiam diu sub sanguinis missione hanc conservabat conditionem; ita ut Medicus cui in omni puncto et exploratio et dijudicatio Pulsus confisae sunt, haud versari debuerit in re dubia. Etiam status ille inflammatorius cum dicta linguae conditione conjunctus et curari antiphlogistice et potuit et debuit, etiam omnibus reliquis morbi phaenomenis vel symtomatibus mortem citissimum et inevitabilem (Excepta nequidem facie Hippocratica.) minitantibus. *) Si pulsus asthenicus cum sthenia concurrebat, plerumque alia phaenomena aderant, ex quibus haec conditio sthenica intelligi potui; exempli causa color labiorum erat in hoc casu valde ruber, color labiorum erat rubrior quam qualia Patientis, haec Medico cognita erant in statu sano, nunc decumbentis. Magna rubedo carunculae larymalis vel et alia circumscripta rubedo in cute praeprimis in Gena in Stheniam concludere potuerunt, antequam habitus vel conditio vasorum arterialium

*). Licet et observatio ultima non sit desumta de morbis thoracicis proprie dictis, sed potius cum morbosa affectione (Infarctus) viscerum magnorum abdominalium coinciderat, Pulsus conditionis consideratio haec, in tot punctis conjuncta cum Lingua, linguae mucidae perquam analoga, exceptis videlicet sulcis non semper linguae mucidae propriis, non incongruum est visum hic notari.

sub sanguinis missione nos praelucessisset. Si in omni gravi affectione pectoris Arteriellitas est Aquila in quem respici debet, si est haec nunc excellens exaltata, nunc conditione gaudens quae sustentatione vel potius incitatione indiget ab Arte, nunc si refrenatio ne refrigerio opus est, vel aliis sub conditionibus si incitari debet, ut sospes maneat; magis Arteriellitas illa adhuc curiositatem ad se allicit, si quando haec uti sub Directione gentili locum habet, suum Domicilium reliquit, ut aliud caperet; si inde e Pulmonibus in pleuram emigravit. Nunc affectiones Arteriellitatis alia nobis praebebunt phaenomena; Arteriellitas nunc sua phaenomena inde a Peripheria vel a Pleura in centrum vel Pulmones divergari, dividi vel extendi facit, cum sub Directione universa omnino oppositum fiebat. *) Si quando Arteriellitas morbose affecta est, si Affecta vel passio Arteriellitatis

*). Character genuinus qui semper morbis pectoralibus praecipue acutis proprius est, et qui ducente Directione morborum gentili, tantam saepe spasmum praebet, ita ut cum vera virium vitalium excitatione status vere sthenicus inflammatorius saepe tantopere obnubiletur, ut hic vix vel nequaquam possit definiri; combinatus cum Permutatione vel emigratione Arteriellitatis e Pulmonibus in Pleuram, satius duxerunt, loco denominationum vulgariorum, nomen Arteriellitatis sequi, in describendis Pectoris cavi morbis.

status exaltatus est, ut nobis quid simile fingamus, Fibram floridam exhibens, sub Directione universali, nunc in casu simile sub Directione Gentili, incrassatio fluidorum consideranda venit; Si est *Pulmo affectus* licet versetur in statu morbose exaltato (Peripneumonia) *organon insensile*, Pleura e contra in simili statu morbose exaltato est dolorosa, Pleuritis)*) cunctis fere membranis ab inflammatione affectis, illam adeoque qualitatem dolorificam competere, etiam sine compexu nervorum) quod gaudeant observationes pathologicae et cadaverum sectiones dilucide stabiliverunt si hoc verum est sub Directione universa, magis illud incurrit in oculos sub gentili Directione, sub qua morbi Thoracici nunc versantur; causa ob quam Pleuritis sit morbus dolorosus, secundum structuram et compositionem anatomicam Pleurae, haud directis affectionibus nervorum illius membranae adscribi potest, quippe qui non inveniuntur in hac membrana; Pleura itaque has affectiones per causam medianam, (intercedentem) systhemati nerveo transferre debet, si tamen illud re in vera sub directione universali obtinet.

*). Inflammatio quaevis organismi animalis tranfuga, est, quae cum Gentili directione sistitur, implicationis nervosae vel spasmi tantopere fere particeps est, ut indoles ejus vera saepe non sine maxima Medici attentione cognoscatur.

Sub gentili directione illud minorem movebit admirationem; haec Thoracis pars *Arteriellitatem* *) cum nunc in sinu suo conservat et hoc modo multa conveniunt quae efficerent quod conditionem dolorificam hujus membranosae partis G. D. minus admiremur. Si Pleuritidem Directionis Gentilis comparamus cum morbis symtomaticis, quod ad dolorem spectat vel potius ipsius tenacitatem fere cum dolore Pleuritidis universalis simili haec gaudet comparatione, qua symtomata U. D. gaudent cum morbis symtomatodes G. D. Essentia et qualitas horum spasmorum inflammatoriorum Thoracicorum gent. dir. comparatae, cum affectionibus morbosis topicis partium musculosarum et membranosarum (Rhenmatismi, Phlogoses) ejusdem directionis haecque Aegrimoniae iterum reductae in considerationem affectionum Thoracicarum, Ultimarum dictarum affectionum annotationes multimode abbreviare poterunt.

Si quando spasmi inflammatorii Pleurae in statum sthenicum vergunt, si pulsus sentitur plenus et durus, vel si pulsus qualitate gandet dura, rigida, ante omnia postulatur Methodus antiphlogistica, et praeprimis venae sectio, cum

*). *Thoraeum.* Est re vera ab Arteriellitate diversum? Tam Pulmonum functio complicata, quam Passio illa pectoris cavi, postea monenda, (Thoraeum stimulatum) aequivoce taliquid comprobare vellent.

medicamentis refrigerantibus conjuncta; Una alteram vicariare non potest, vel altera alteram non potest excipere: Haec medendi methodus una et conjuncta esse debet; pariter agant hae duae curandi formae; conditio plethorica crassa diminui non tantum, verum et corrigi simul debet; licet sanitas videatur per unam vel alteram harum curandi formarum posse competi, plerumque post unum curandi modum nos deceptos profitebimur: exempli causa nos deceptos profitebimur post solam venae sectionem vel post solas venae sectiones, et post solam exhibitionem salium et acido salium. Pluries aliae affectiones locales nunc alius systhematis, saepe alius organi, vel et symtoma kat' exogén se ostentabunt; et curationem si possibilem valdopere in longum trahent; Methodus antiphlogistica corrigit Arteriellitatem vigore exsuperantem, venae sectio conditonem exaltatam sthenicam emendat, crassitiem sanguinis plethoricam diminuendo, medicamenta refrigerantia cum fructu agere facit venae sectio, quae medicamenta refrigerantia (Nitras Potassae) sua vice dictam venae sectionum potentiam firmiorem reddunt, sanguinique ipsi normaliorem qualitatem aequabiliter dividentes, et venae sectioni et statui ipsi morboso undequaque occurrunt; Si simul signum datur Bilis copiosae alteratae,

acidumsal (cremor tartar) praeferri debet; si Rheuma, Murias ammoniae, et cum methodo antiphlogistica medicamenta Diaphoretica sunt combinanda. In utramque conditionem statim respicere momentosum est, Tres illae dictae conditiones submotae esse possunt, et tamen spasmus localis continuatur: si cum hoc Dolor remansit, nunc vesicatoreum opitulatur, hunc spasmum tollendo *), vesicatoreum in primo impetu spasmi inflammatorei non semper proficuum, nunc plerumque subito dolorem tollit †) vel linimentum volatile cum vel sine Tinct. opii vinos auxiliari potest. Vel in morbi pectoralis topici mora diuturniori Emplastra resolventia odorif: ita melilothi cumini oppido conduxerunt. Spasmus fixus tenax internum postulare videtur usum Narcoticorum, medicamentorum sedantium; medicamentorum usum postulare videtur spasmus ille fixus tenax, remediorum sopientium, dolorem summoventium; In morbis

*). Appositio cucurbitarum quarum usus apud nos fere ob soletus est, in aliquibus casibus si esset facta, non dubito quin interdum proficua fuisset inventa; quod vero morborum tenacitatem spasticam, in multis etiam casibus intactam reliquisset, aeque contendere vellem.

†). Morbi spasmodici Gentilis directionis longe intimiorem medelam requirunt saepissime, quam spasmi universalis directionis ut postea videbimus.

autem in tam magna affinitate cum Arteriellitate ipsa versantibus, uti sunt morbi thoracici in genere, et morbi Pleurae sub nostra gentili directione, Arteriellitatem ipsam in semet absconditam continentis in specie, illa medendi methodus vel medela cum Narcoticis plane intuta videtur, adeoque omnino abnuenda: Experientia nobis praeluxit eoque magis Medela narcotica videtur abnuenda in dictis spasmis inflammatoreis thoracicis, quoniam plerumque illa medela narcotica sub gentili directione offendat morbum spasmodicum, medelam narcoticam saepius repetitam exigentem, etiam post datam factamve curam antiphlogisticam; ita ut qui status morbi localis spasmodicus remanens aliquando post Pleuritidem vel Peripneumoniam sub universali directione una saepe dosi narcotica tolli posset, nunc ducente experientia hae dictae morbositates sub gentili directione uti diximus repetitam narcoticorum medicamentorum exhibitionem requirunt; et sub hac gentili directione flos morbi spasmus ipse est.

Imo extractum Aconiti alioquin in topicis affectionibus Rheumaticis partium musculosarum perquam utile, hic in morbis Thoracicis etiam leniter exhibitum, saepe qualitatem suam lethalem praebebit: Ultimus medendi modus

cum Narcoticis in Passionibus status nervosi (Puri) saepe indifferenter vel pro lubitu quibuscum agi potest; in Passione Arteriellitatis est mortiferus. Quo latius spasmi illi inflammatorii a vera sede Arteriellitatis distabant, eo melius certe exhibitio narcoticorum medicaminum ferebatur; ita exempli causa in spasmo Inflammatorio musculorum lumbalium jam multo mane Extractum Aconiti in connubio cum Medela antiphlogistica optimum praestitit effectum: Hebetare vel strigare Partes, quales sunt partes Pectoris laesae, sitae in vicinitate Arteriellitatis vel et Arteriellitatem ipsam absconditam tenentes, vitae est periculosum. Functio harum Partium dilationem actionis nequidem pro tempore brevi admittere vult. In affectione pulmonum cum Pleuritide concurrente adhiberi debuerunt ea medicamenta, quae omni tempore in hoc morbo praestantiam suam praestiterunt. Ultilitatem attulerunt. Ipecacuanha; scilla sulphuretum oxyduli stibii hydrogenatum, Hydrosulphuretum oxyduli stibii; Haec medicamenta conjuncta cum antiphlogisticis (Nitras Potassae) et Methodus medendi perspirationem movens, ex quibus sambucus et oxymel simplex necessario sunt nuncupanda, multos morbos pectorales vel spasmos thoracicos (inflammatorios) feliciter

curaverunt; *) Optio vero talia sumendi medicamenta prae talibus, multum potuit, (discernere casum a casu, ipsorumque medicinam appropriare debitam, solius Medici docti experti est;) sputatio sputorum in morbis pectoralibus Gentilis directionis, computatis cum illorum morborum momentositate plerumque exigua fuit. Idem fere de partium pectoralium purificatione fuit habendum.

I. *Spasmus Pulmonum Chronicus*

Spasmus quidam thoracicus, vel potius spasmus Pulmonum, a speciali et topico morbo Pectoris ortus, abhinc ab initio formam chronicam assumtus, passus est, et fortasse omni tempore patietur, exceptionem Regulae Generalis, non adhibendorum medicamentorum narcoticorum in morbis pectoralibus; utpote qui spasmus Pulmonum nec febre stipatus, nec adeo Arteriellitatis vicinus, neque temporis periodo arcte adstrictus, medicamentum narcoticum non tantum tulit, sed valdopere postulavit. In pro ea sumta parte media Pulmonum,

*). Quae medicamenta quandoque, melius cum medela vel medicamento Emolliente ita cum Decocto radicis Altheae vel Edulcorante, medicamine uti succ. liquir, vel etiam cum Blandiente, remedio ita extr, dulc. amar; et in re augustiori cum syrup Papav alb. tutius certe cum syr. papav. Rhoead. vel et Diacodii, tutissime cum syrup Altheae conjunguntur.

excerit, se saepe spasmus, Respiratione difficili, Tusse gravi sine levamine, in initio plerumque absque sputis, in progressu cum eductione materiei pituitosae, nonnunquam striis sanguineis intermixtae, stipatus: qui fuit Curationem hujus morbi, jubeor, plusquam semel illud expertus sum, concedere potentiae Extracti Belladonnae.

Illud extractum in hoc spasmo pulmonum chronico, quid specifici salutiferi videtur continere. In uno morbi hujus casu, eoque gravi, sustentabatur usus extracti belladonnae, a solutione sulphureti calcis et Antimonii diaphoretici abluti: Solutio vel mixtura haec aquosa cum succo liquiritiae edulcorata, exanthema cutaneum cum spasmo pulmonum chronico concurrens, pariter cito curavit.

A. Morbi Pectorales spurii.

In passionibus generalioribus omnium vel plurimarum partium Pectoris, quando spasmus inflammatorius in declinationem vergebat, vel quando spasmus inflammatorius pro morbi statu non valde eminebat, quando Respiratio non admodum difficilis erat, vel et etiam in Difficultate Respirandi cum minoribus stheniae signis, (saepe haec morbi species quidem Erysipelas fuit.)

vel et quando similis morbificatio, quae spasmi thoracici inflammatorii, alias quoque corporis partes occupaverat, tunc cum optimo successu usi sumus.

Specibus Pectoralibus.

Sufficiens et continuatus usus harum specierum dulcium balsamicarum profecit in morbis, licet et hi morbi, in dispositis formam Podagrae assumsissent: humoribus certe Blanditiem conciliando et morborum acriticae indoli obviniendo.

Quo magis spasmus inflammatorius Pectoris musculos intercostales cum Respiratione non valde difficili, vel potius magis adhuc externe telam cellulosam, et partes pectoris exteriores occupaverat (quae spasmi denominatio in his morborum casibus propemodum vitari potuit.) vel et etiam quando spasmus inflammatorius Erysipelatosus interiores Pectoris partes superficialiter occupaverat, uti etiam quando in connubio cum morbo thoracico Exanthemata cutanea simul aderant, tunc Dulcamara pro·fecit.

Radicem senegae raro exhibuimus, et quando exhibueramus, rarius multum boni praestitit haec Radix in morbis pectoris acuitis.

B. Spasmus Pectoralis cum Exinanitione sanguinis; Spasmus Pectoralis cum Lingua mucida. Pleuritidis Asthenicae species.

Hic morbus in initio parum curae excitavit, saepe tamen in mortem abibat; signabat praeprimis indolem Metasthaticam, simili modo alias corporis partes afficiendo, ita ut capitis morbositas harum Aegritudinum ultima et plerumque lethalis metasthasis fuerit; cum affectiones priores vel abierant, vel in Tumores lymphaticos vel potius Phlegmaciosos videbantur transiturae. Potentia medicamentorum Thoracicorum vel et medicamentorum generaliorum in hoc morbo plerumque scopum intactum reliquit. Verisimile est quod Remedium quoddam simplex, leve, et leniter nutriens, qualis est nostra vulgaris chocolata cum lacte, eoque extenuato, ad saporem edulcorato praeparata, vel et similis Thea cum salvia praeparata, in hoc morbo optimam, curam sit praebiturum, cum Temperatura aequabili calida conjunctum.

C. Alia Asthenicae Pleuritidis (Peripneumoniae) species.

Fuit, quae maximam Plethoram vel sanguinis valde copiosam qualitatem secum vehebat;

in his Aegris color faciei erat *coeruleo marmoratus,* vel rubro versicolor; quae coloris mutatio Habitus, faciei ubique in cute etiam observabatur; color labiorum erat lividus, Respiratio difficillima screans; in hoc morbo massa sauguinea absque dubio diminui debuit, et actio vel et Reactio Pulmonum extensorum indeque debilitatorum excitari debebat, dum Encephalon uberiorem influxum sanguinis admittere non potuit, quin symtomata apoplectica et Paralyses oriantur. Mirum itaque non est, quod etiam in hoc morbo Diagnosis infausta sit. Cum hoc morbo saepe tanta insensilitas systhematis nervei et tanta inactivitas systhematis musculosi congruerunt, ut Aegri omnino Effigiem columnae marmoreae praebuerint.

II. *a. Casus Pleuroperipneumonicae Spasmodicae.*

Nequaquam vero prolata medendi methodus in omni puncto suffecit; Pleuritis vel pleuroperipneumonia quandoque tanto in gradu aderat, ut simul cum ante prolata medendi ratione, altera Artificialis, vel compellens modus agendi interdum requireretur, si cum causa in eventum bonum sperare liceret. Casus hujus modi exemplum praebuit Puella 15 a 16 Annorum; haec jam aliquamdiu moliminibus

mensium laboraverat, sine quod fluxus in actum erat perventus; cum illa a vehementi spasmo Inflammatorio Pectoris afficeretur; vehementia et gravitas hujus morbi effecerunt, ut modus medendi generalis non sufficiens haberi potuerit, sed compellens accedere necessario sit aestimata, venae sectiones instituebantur, et utitur Aegra Potione refrigeranti; simulque cogitatur de praegressis et praesentibus mensium moliminibus.

Usa est hac potione.

R. Nitratis potassae ʒiij
Borac sodae alcal. ʒiʒ
Tartr. potass acidul. ʒvj
Extr. dulcamar ʒiij
Rob. sambuc ℥iʒ
Aquae coctae ℥viij

m. d. S. Omni bihorio semivasculum et vasculum.

Diebus morbi primis, die primo, secundo et tertio venae sectiones liberaliores institui debuerunt, Aegra de tempore in tempus vapori aquae calidae superponitur; et quandoque utitur illa Pediluvio calido: quo magis potentia et effectus remedii posthac dicendi, conspicua reddebantur; venae sectiones licet permanentius indicatae, in minores uncias circumscribi debuerunt; nonnunquam post venae sectionem

℥iv dabatur collapsus arteriae: Medicamentum compellens accessorium tale fuit.

R. Camphorae gr. viij
Solut. in Aeth. nitr. alcoh. q. s.
Opii pur. gr. iv
Mercur dulc. gr. viij
Sulph. aur. ant, gr. xij
Mucilag. g. Tragacanth. ʒiij
m. f. Pilulae gr. iij d. consp. pulv. rad.
Liquir. s. quater de die 5 pilulae sumantur.

Haec massa pilularis semel repeti debuit. Jam abhinc diebus duobus post usum horum medicamentorum spasmus lenior observatur, Dyspnoea quae paene usque ad ortopnoeam adfuit, emendabatur; Respiratio fiebat liberior; Dolor pectoris diminuebatur: Haec medicamenta externe sustentabantur a Linimento volatili cum Tinct. opii vinos: Verum est, Pulsus scilicet per quoddam tempus talem qualitatem conservat, ut venae sectiones crebriores requirantur: medicamentum accessorium tanquam causa hujus accusatum, non ab omni parte excusari poterit. Haec conditio excellens arteriae autem sine multo labore domari potest: *superpondus quidem* sine exhibitione medicamenti hujus accessorii compellentis Aegrae nulla spes salutis ultimum hoc vel conditionem arteriae permanentius irritatam parvi aestimabit. Postquam

Pleuritis spasmodica sublata erat, ita ut morbosae exacerbationes febriles arteriae desinerent, debilitas generalis corporis aliquandiu remansit: Infusum rad. valerianae cum Rad. Rhei, extr. flor-chamomillae cum spir minder (acet ammon) cito appetitum dejectum restauravit; conditio irritata arteriae amittebatur, ita ut intra paucas hebdomades, duas tresve, sanitas completa sequeretur.

Meatus hujus Epidemiae nos attentos reddidit, praeprimis parva negotia recognoscere: (Rebus adesse vacat exiguis) Molimina mensium a Nullo Medico in morbis parvi aestimantur, quod et a nobis in haec nictitaretur, nemo supervacaneum judicabit. Quamvis crisis hujus Pleuroperipneumoniae spasmodicae non a fluxu menstruali conspicuo *) subsecuta sit, molimina hujus fluxus tamen sunt emendata. Methodo medendi antiphlogisticae, ut videri licet, addita sunt, Boras sodae alcalinus cum Tartritide Potassae acidula; Combinatio horum amborum remediorum, apte a nobis ad Formulam Medici senioris (Doctor

---

*). Si quis ex. caus. putet in Producto moliminum mensium fluxu scilicet, causam absentiae hujus hic non prolato, invenire meminerit casuum haud rariorum, conceptionis et Graviditatis, sine conspicuo praegresso mensium fluxu. factarum; actus hujus functionis naturalis existere et procedere posse, videtur, sine quod semper omnia exspectanda simul prodeant.

J. D. MIGNON,) hujus Provinciae (Groninga) in multis casibus moliminum mensium, ut et in Anomalia mensium , optimo saepe cum successu, adhibetur; Medicamentum tale conjunctum, videtur in his, quid specifici, quid boni possidere. †)

b. Casus alter Pleuroperipneumoniae.

Juvenis coelebs annum agens 28 abs tali spasmo inflammatorio thoracico gravi arripiebatur; venae sectiones sunt institutae et reliqua methodus antiplogistica inhibita est, neque nota lenia medicamenta pectoralia omissa sunt; haec vero omnia conditionem spasmodicam partium pectoris aegrotantium amovere non potuerunt, status inflammatorius qiudem secesserat, conditio vero spasmodica partium pectoris cavitatis, morbose affectarum, sine intermissione permansit, magna Dyspnoea adest, Tussis si possibilis, est sicca, Pulsus est parvus, celer, Aeger versatur in statu periculoso, Magnae dantur illecebrae Methodi narcoticae adhibendae; dijudicatio vero successus pejoris hujus me-

†). Corpora haec duo chemica se invicem decomponendo sal formant, omni forsan dote cum Tartaro boraxato Pharmacopaearum vel salis sedativi Hombergii aequale: Ea quae mihi e Lectionibns chemico pharmaceuticis clarisstmi Praeceptoris P. Driessen innotescunt, me hoc facile concludere faciunt.

dicinae in morbis thoracicis acutis febrilibus, sub conditionibus meliorem eventum pronunciantibus, de dicta methodo narcotica haud cogitandum esse persuasit. In hoc casu camphora cum Aethere quodam alcaholico soluta in Infuso rad. valerianae vel in mixtura cum extracto velerianae sumta, aliisque aptis cum medicaminibus mixta, optimum effectum praestitit: jam cito post exhibitionem hujus, Prognosis fausta evasit, et sanitas intra duas vel tres hebdomades perficiebatur.

Aeger hic erat structurae corporis tenerioris, de tempore in tempus indiget ope medica, Elapsis post curam dictam duabus mensibus, laborat Dyspepsia, sequens formula sustulit hanc

R. Pulv. rad. gentianae
Pulv. rad. Galangae
Pulv. rad. calam. orom. aa ʒij
Paulalum coque s. q. Aquae colat. ℔j
adde
Extr. flor. chamonill.
Pulv. cort. aurantior aa ʒij
Syrup. Rubi Idaei ℥ij
m. d.
S. Omni Bihorio cochlear.

Ita ut post hac Juvenis se bene habeat.

Abhinc elapsis sex septimanis morbose iterum Pectus afficitur; Haec pectoris morbo-

sitas usu Radicis Ipecacuanhae cum sacharo vel Hydro sulphureto oxyduli stibii emendabitur; Aeger saepius talequid expertus erat sibi in casu consimili proficuum, forte sustentatum usu specierum Pectoralium. Sed emendatio hujus Pectoris morbositatis nunc omittitur; loco hujus emendationis pedetentim verum Asthma evolvitur: Respiratio difficilior redditur, praecipue post motum haec difficultas respirationis est aucta; Tussis adest sine sputis, Asthma siccum; quandoquidem lenis percipitur febricitatio. Ratio medendi antispasmoeḥdi ancter refrigerans indicata esse videtur: Infusum florum chamomillae cum parva Nitratis potassae copia etc. vel ultimum dictum remedium in parvis dosibus cum oxydo zinci (Flores zinci) profuturum esse videtur. Haec cura conditionem febrilem Aegroti, conditionem nempe spasmodicam Pulsus, emendare potest; sed Asthma continuat, Tussis manet sicca; Praescripsimus et exhibuimus Aegro solutionem gummosam e Gummi ammoniaco, galbano; Exhibitionem horum remediorum gummosorum cum sapone albo in formam pilularum Aeger quippe respuit, licet optima videretur exhibendi forma: Solutione horum dictorum gummatum cum scilla, (oxymelle scillae) cum succo liquiritiae Aeger aliquamdiu usus est, hac sequela, ut

Asthma siccum in humidum mutaretur, mucus laevis bene coloratus secerneretur, et sputatione educeretur. In ultimis diebus Asthmatis sicci, nunc in Asthma humidum versi, usus est Aeger, extracto belladonnae simul cum dicta solutione gummosa; Admodum verisimile est quod hoc Extractum multum praestiterit in Resolutionem spasmi partium laborantium vel Pulmonum; Asthma per se etiam emendatum est, usus medicamenti gummosi adhuc continuatur aliquamdiu *): Usus vero extracti Belladonnae intermittitur postquam Aeger circa grana XXX hujus extracti Narcotici sumserat; Modus negligens conversandi cum dicto medicamine, quem Aeger videbatur secutus, ulteriorem usum hujus intutum duxit: Postea vero inventum est, causam questus usus hujus negligentioris, liberalioris scilicet, non adeo existere.

Postquam usus extracti belladonnae non amplius tutus esset ductus, ut Aegro concederetur; et curiositas et aliae causae quae ad savoir faire †) pertinent, suaderunt aliud medicamen-

*) In casibus Asthmatis frigdioris naturae Gummi Myrrha, cum Supradictis gummatibus conjuncta, vel et cum aliis aptis medicaminibus combinata, profuit.

†) Nostra scilicet Epidemia vel Directio Gentilis genuino gaudet savoir faire. de quo posthac quaedam adferemus momenta.

tum loco priorum sumere, idque Aegro praebere: Scilicet sequens:

R. Tinct. castor. sibirin. ʒiv
Aquae Menth. crispae ℥xij
d. s.
Omni Bihorio cochlear.

cum hoc medicamentum ad partem ²/₃ consumatum sit, Aeger visitatus sequentia offert: Asthma post intermissa medicamenta priora, parum mutatum est; Pulsus tamen est valde durus et est fortis; praebet indolem inflammatoriam: Pectus quodammodo, verum in computatione Pulsus conditionis, parum hujus indolis inflammatoriae, particeps esse videtur. Medicus Praxin exercens, quotidie quasi coactus in Characterem Humanum et studendum, et perscrutandum; facilius observare potuit, quod (ut ita dicam) ventus ex obliqua coeli zona spirabat: officium meum quantum fieri posset completurus, instanter insteti in venae sectionem, quae tandem permittitur; Haec operatio majorem requisivit liberalitatem, quam in inceptu visa est, etiam sequela haud infausta hanc subsecuta est; si utrimque occurritum esset, quo decebat modo, Aegro saluti esse potuisset, sed Aeger nos deseruit, opem alius Medici inquirens, ad quam petendum, Aeger Iter XII horarum suscepit: Consultatio hujus Medici consulendi

primum Phtyseos stadium annunciavit: In commoda tanti itineris Aegroto sub datis conditionibus omnino desuadendi, Aequitas animi mutata in tali casu; mutata forsan medela medica; haec omnia conspirare potuerunt; ita ut, Aeger brevi post Paroxysmis vehementissimis Asthmatis Periodici decumbere debuerit, quae momentaneum vitae periculum minabantur. Medicus tertius in adsistentiam Aegri invocatur, et duabus vel tribus septimanis post, moritur Aeger post continuatas et vehementes Poroxysmos Asthmaticas; Phtysice? Convenientia quaedam cum Phtysi certe adfuit, et Aeger Habitum Phtysicum in multis exprimebat; Longius praegressa Pleuritis vel Pleuroperipneumonia gravissima, cujus circumstantiae brevi ante sunt annotatae, tanquam causae praedisponentes Asthmatis, transitus Asthmatis in Phtysin, sive Phtysin pulmonalem sive Tabem; haec omnia facile intelliguntur: summum vero hujus omnis videtur mihi situm, in gravissima sub totis et diversis formis usque in finem morbositatis, vel in Mortem permanenti spasmodica conditione Partium Thoracicarum (Pleurae et Pulmonum) Directioni gentili, qua et morbi Pectorales fruuntur, adscribenda. Quisquis Medicus qui Antispasmodicorum (Belladonnae) bonam sequelam cum resolventibus (gum. ammon.) combinatorum, in

hoc morbi casu perspexit, facile habebit, etiam *Mosschum* in casu *hujus morbi periodici* (*Asthma: period. Millar.*) maxime profuturum fuisse. *)

Casus morbi.

Femina 60 annorum, a causa Epidemica correpta, a duobus Medicis per sat longum temporis spatium medelam medicam acceperat, sine quod illa multum levaminis malorum sit experta; cum haec femina jam saepius quae temporibus antecedentibus sub nostra cura versata est, nunc iterum nostram invocavit opem; quae quoniam femina degebat in serie Aedium, unum et dimidium horarum spatium a nobis distanti, quorsum officia medica nos rarius duxere, cura nostra medica plurimum in initio Relationibus vocalibus nitebatur: Ut medendi ratio (sicut res postulare videbantur) primum in Emendationem morbositatum quarumdam generaliorum praecipue organorum Gastricorum annisa fuerit, et in posterum Nervina Medicamenta aliquamdiu exhibita essent, sine multa Aegritudinis emendatione, quoque haec cura commutari debuit. Aegra querebatur de appetitu dejecto, ciborum concoctio erat vitiosa; Nonnunquam Respiratio est valde difficilis; Palpitationes

*). Bis vidimus nos ad morbos gent. dir. Asthma period. Mill. grave, cito Asthmati vulgari succedere.

cordis et magnae anxietates adsunt; quae anxietates interdum in animi deliquia vertuntur, vel et mentis deliria secum vehunt, si quando symtomata nuncupata pejora reddebantur; ad quod cum veris malis quaedam conditio melancholica feminae suum contribuerit; Hic fuit status rerum quem Relationes vocales nobis cognitum reddiderunt, quemque et Inspectus superficialis Aegrae confirmavit: Examen vero Aegrae accuratius institutum, et praecipue quidem Manipulatio (Palmatio) Pectoris denudati, singulare sane vitium organicum in Thoracis cavitate detexerunt; vitium in omni puncto *Prolapsus cordis* dicendum: Ictus hujus organi vitalis circumcirca ultimam costam veram et primam costam spuriam prope ad scrobiculum cordis sentiebatur; ictus cordis intra septimam et octavam costam percipitur. In hunc locum remotum declivum, Prolapsus hujus organi cum suo Pericardio praecipitaverat. Post quemlibet cordis ictum queritur Aegra de sensu ingratissimo, dolorifico, tenso qui de tempore in tempus Epochorum in modum cum vibrationibus cordis ingratissimis, alteratur; Respiratio difficilis et non sufficiens perpetuo adest; symtomata nervosa nuncupata nonnunqnam dantur, et uti jam dictum est, concoctio ciborum est vitiata. Phaenomena praesentia morbi vel vitii

organici, et Relatio fidelis earum rerum, quae in Aegritudine mox praegressa, et illius in morbi decursu quae obtinuerant, cum causa suspicationem movere potuerunt, Aegrotam nostram Diaphragmitide vel spasmo inflammatorio Diaphragmatis laborasse; haec a Medicis prioribus non videtur agnita; circa idem illud tempus quo Aegrota nunc nostra aegrotare coepit, aliquos aegros dicto morbo vel Diaphragmitide laborantes, feliciter curaveramus; symtomata communia ejus morbi secesserunt, sive haec constiterint in Inflammatione plus minusve activa, pura, sive cum labe gastrica vel cum causa Rheumatica conjuncta fuerint, sed conditio spasmodica Diaphragmatis remansit; magis magisque confixata est; Pedetentim vel temporis puncto fibrae musculares hujus visceris sese valdopere contraxerunt, et conditione spastica perpetuo contracta manserunt; hinc pectoris cavitas continuo adaucta est magnitudine. Abdominis cavitas continuo inde est coarctata, et Cor et Pericardium fulcimento destituta, deorsum praecipitaverunt: Si haec omnia adaequantur in notas leges Physiologicas, certe haec et non alia Phaenomena exspectari poterunt, quam quae modo annotavimus breviter.*) *Ponderatio*

*). Natura ac indoles illa spastica quam dir. gent. in morbis clynicis tam ditissime prodidit, aequali modo in

(Perpensio) num forte hicce Prolapsus cordis a vi externa accidentali, vel conatibus inter opus gravibus, in uno temporis puncto locum hunc humilem ceperit, et hoc casu malum organicum sibi simul contraxerint partes prolapsae; vel num ultimum, hoc forte postea locum habuerit, maximam profecto curam excitat: Ut tam accurate morbi statum pensitaveram, quam res secum ferebant, Indicatio prima et summa, mihi visa est praecipua et sola consistere, in Resolvenda conditione spastica Diaphragmatis, et in illud quantum fieri posset incumbere. Haec Resolutio si obtineri potest, inactivitas in qua Diaphragma conditione sua spastica tenetur, suspendebitur, et viscere musculoso hoc Elasticitatem suam et vim suam

morbis qui manu medentur, se manifestavit. Indicio sint multiplices illae Luxationes variorum corporis articulationum, praeprimis ossis femoris, cum causa sua occasionali externa, lapsu, contorsione caet. causam praedisponentem spasticam, laeto ore arguentes. — Notandum est quod illae luxationes fere semper evasionem deorsum sumserint suam; notandum quod extiterint in Infentibus, in Pueris, in Ephebis. Notandum quod nonnullae per septimanas essent neglectae; quod omnes sint restitutae, ita ut restituendum caput, semel per stratum arenosum vehi sentiretur: Quod prior casus fracturam colli femoris proclamatus, Diagnosin fefellerit; et casus alter cum fractura ossis femoris, aeque Luxationem ossis capitis ex acetabulo in comitio qui habebat, Prognosi longe quod anteiverit. —

musculosam recuperato, cordi et Pericardio *Elevatio vicissitudinalis* reddetur: hisque fulcimentum naturale suum denuo redintegrabitur, ut eo melius praecedentem suum locum recipere possint partes prolapsae: quo melius haec possunt effici, eo melius omnibus Aegrae malis occurretur: Usus medicamenti cujusdam narcotici postulabitur, ut haec valde fixa, quodammodo inveterata conditio spasmodica Diaphragmatis, resolvi queat: saepius jam in variis morbositatibus spasmodicis in et cira Thoracis cavitatem, utilitatem salutarem Extrac t Belladonnae *) eram expertus, ita ut hoc extractum prae ceteris videretur esse praeeligendum: (Morbi praecipue *acuti recentes* hujus secundae magnae corporis cavitatis Narcoticorum usum, uti saepius monuimus, et praecipue quidem sub G. D. quod recordari debet, prudentiori manu datum, requirunt; Chronici melsus ferunt). Hoc ita Extractum vel Extractum Belladonnae aliis praelatum est: Dictum hoc extractum in formula conveniente et in quantitate apta vel potius sat magna quantitate assumtum, elapso aliquo tempore optimum praestitit effec-

*) In morbis pectoralibus recentibus, in affectione Arteriellitatis Usum Narcoticorum Saltem Solorum non ab aliis accommodatis medicaminibus Sustentatum, plenioremque morbi curam praestiturum susspectum habeo.

tum. Ut primum Aegra resolutionem spasmi sentiverit, observavit simul Ructum foetidum ex imo pectore proventum; qui ructus ut breviter adfuit, evanuit; Respiratio difficilis inde multum emendata est; Ictus cordis Aegrae nunc parum difficultatis amplius pariunt, symtomata nervosa desierunt; concoctio ciborum vitiata brevi emendari poterit, et Probabiliter cor et Pericardium, locum suum anteriorem naturalem recipere poterunt.

Hicce casus nos docet vitium quoddam unanimi consensu ad Chyrurgiam reductum, nonnunquam, detecta causa, optime a Medicina Clynica posse adjuvari; quid, sine quod chirurgia quae Ars, minima macula a nobis contaminetur, quid Chyrurgus cum excellentissimo apparatu chirurgico instructus, quid utilitatis Aegrae nostrae adferre potuisset? est certe casus, quo Medicina Clinica gloriari licet, cum in vitiis huic nostro haud absimilibus, fere semper Medicina Clynica chyrurgiae, sed non semper sine aliquo ipsuis doloris sensu postponitur. Chyrurgus scilicet opera sua plerumque luculenter in conspectum prodire facit, et quo decet modo, aestimatur; illud quod Medicus rarius valet: Sic obtinuit In nostro hoc casu, omnino contrarium.



CAPUT QUARTUM.

§. XXII.

1827. SECUNDA EAQUE BREVIS EVOLUTIO EPIDEMIAE.

Constitutio Epidemica morbosa generalis adhucdum eamdem fere praebet faciem, quam quae Anni praecedentis 1826, cum hoc discrimine, quod Paroxysmus Autumnalis aliquot Tempus (duas menses) serius prodiit, et quod numerum aegrotantium longe minorem in lectulis detinuerit. Si morbus anni praecedentis illud peculiare, illud notabile habuit, quod curatio praeprimis in medendis symtomatibus et quaeri et inveniri debuerit, hicce annus medicus designatur symtomatibus valde eminentibus: Annus hic medicus symtomata per excellentiam dat curanda, symtoma curanda hujus anni sunt *symtomata kat' exogén.* Actio et

effectus causae Epidemicae in his videntur praeprimis nunc ad unum, nunc ad alterum systhema vel organon determinari; videntur actio et effectus causae epidemicae kat' exogén in dicta illa systhemata vel organa operari; ita ut, si Medicus hoc symtoma kat' exogén sapienter venari sciat, et scite ad illud curam novit dirigere, optimam Aegris opem adferet, sin minus vel si non, illius curandi modus vix notabilis erit: Annotatu dignum est quod hoc symtoma kat' exogén tam varium sit, et quod fere in quovis laborante Individuo peculiare symtoma kat' exogén observetur: ita ut illud symtoma kat' exogén inveniatur, nunc in systhemate, nunc in organo; nunc in vasis sanguineis, nunc in organis gastricis et sic porro: ita nempe ut symtoma illud kat' exogén quandoque partiale observetur: v. g. inflammationem periostei, quandoque generale est, similem vasorum quorumdam lymphaticorum conditionem, vel inflammationem sistendo.

Nemo mortalium omnibus horis sapit! Quae de morbis kat' exogén observari potuissent, hujus Proverbii veritatem confirmant. Ita exempli causa, Phaenomenon successit phaenomeno, symtoma symtomati, casus casui; et hoc modo procedendo, tempus observandi

praeteriit, quod solummodo brevem illam Evolutionem satis quidem stabilitam, post se reliquit; quae, nisi Exspectando et admirando peccatum esset, in memoratu dignissimam perfectionem rerum multarum medicarum causitare non recusavisset. Curam symtomatum kat' exogén comministrare, medico observatori dedit, ac post se reliquit gratam sui recordationem! et si quando talis similis Annus medicus casu fortuito reverteretur, recta observantia horum symtomatum kat' exogén, et justa dijudicatio quae, observandi praepositum, ab initio horum existentiae captum, ne pro momento temporis deseruerunt, Pulcherrimum vademecum, et Medicinae physiologicae utilissimum Repertorium dabunt.

Quae nunc de iis habemus, comparare possumus cum Insulis canariensibus, quae ducentibus veterum traditionibus, ab Abavis acceptis, Atlantidis Telluris existentiam antiquam, nunc Mari absconditae, indicare vellent.

Idem quod fere dicendum de Febre Hemitritaea.



CAPUT QUINTUM.

---

§. XIII.

AFFECTIONES TOPICAE PARTIUM MUSCULOSARUM OLIM RHEUMATISMUS.

In aeris constitutione vel temperie, quae sub quibusdam conditionibus Rheumatismo valdopere favet, haec Epidemia topicas suas genuine modificatas, affectiones, partium muscuIorarum et membranosarum exhibuit; Essentia substantiva harum affectionum topicarum cum vera vel vulgari Rheumatismo illud habuit commune, quod vulgo eosdem occuparet locos; ita ex. caus. se saepe sub forma Lumbaginis praebuit: Observavimus autem eamdem quoque et quidem brevi tempore saepius Diaphragma occupantem; ita ut haec affectio rheumatico epidemica tanquam parva Epidemia Diaphragmitidis haberi posset. Natura vel Indoles horum morborum

topicorum, constitit in affectione locali vasorum Lymphaticorum vel serosorum, in circumferentia vel vicinitate partium musculosarum, habitum Rheumatismi verae prae se ferenti, spasmo locali Nervorum in his affectionibus contentorum, topice functionem musculorum in partibus affectis impediente.

Permutatio fluidarum partium genuina effectum hujus Epidemiae causitans, Epidemiae huic tam peculiariter propria; Actio nervorum sub Gentili Directione mutata, conditio nervorum summe tenax vel fixata, praecipue in his affectionibus topice implicatorum, haec omnia erant peculiaritates, his affectionibus localibus propriae: Cum his affectionibus topicis et praecipue cum Lumbagine saepe annotabilis conditio (inflammatoria) febrilis concurrebat, ita ut haec non raro quamdam similitudinem cum febre larvata referret: Indoles autem hujus febris plerumque Remissiones magis quam Intermissiones sistentis, exquisite medicamenta antiphlogistica exigentis, nihilominus peculiaritas fuit, his affectionibus localibus cum dicta febre conjunctis, vel sine hac existentibus, propria. Non semper tamen initium talis affectionis partium statim topica Affectio fuit; major causae Epidemicae invasio, vel morbus corporis generalis nonnunquam in talem topi-

cam affectionem exquisitius resolvebatur, vel in hanc specialiter determinabatur.

Casus morbi.

Casum morbi naturae modo dictae causa Epidemica suppeditavit in Femina Gravida annorum circum circa 36: Ad tempus satis provectum Graviditatis, causa epidemica se in hac Aegra perquam activam praestitit; Phaenomena quae functionem virium vitalium debilitatam indicant, sese offerebant; hoc fine, ut intra breve tempus, praematurus verum nihilominus acceleratus Partus Infantis mortui sequeretur: Phaenomena functionem virium vitalium debilitatam indicantia, nunc luculentius adhuc conspiciuntur, Passiones spasmodicae nervorum durante fluxu et post Haemorrhagiam inter et post partus actum datam, conspiciebantur, non minori in gradu; passiones nervosae quae maxime a systhemate sympathico dependere videntur, ante omnia dabantur. Rheumatismus spasmodicus membranosarum partium abdominalium post biduum partus qui adfuit; sub sequebatur a simili affectione Pleurae, cum Emphasi methodum antiplogisticam exigente; affecta morbose est et Pleura et musculi intercostales sunt affecti, quae affectio Pectoris, tam diu sub variis faciebus et vehementiae

et locorum duravit, donec haec tandem locum fixum ceperit, circa os sacrum: Ad hoc fixitatem et vehementiam suam praeprimis excercuit causa Epidemica: Si consideramus conditionem Aegrae debilitatam, (vires vitales Aegrae a causa epidemica subactae erant) quae debilitas adfuit ante et mox post partum, cum causa admiramur vires dynamicas organismi, inter ea caput extollentes. Intra paucos dies Methodus medendi antiphlogistica necessario inhiberi debuit: Hic status subinflammatorius per aliquot septimanas jam cum majori jam cum minori vehementia continuavit; nunc conditio febrilis medela refrigeranti temperari debet, et topicis phlogosibus est vario modo occurrendum, ita ut venae sectio de tempore in tempus reiterata et antiphlogistica medicamenta saepius postulentur; nunc haec vel et alia morbi phaenomena iterum putantur, usu corticis peruviani superanda: Ultimum autem non factum est; num vero usus corticis peruviani, in fixandam causam Epidemicam, formandae illius formae vehementis lumbaginis, haud suum contulerit, patitur dubium: Sub ortu, sub duratione et sub curatione, quippe et post curationem hujus morbi localis ossis sacri vel lumbaginis, simul femur et Pes unius lateris tumore aedematico Phlegmacioso affecti erant,

hic vero tumor phlegmaciosus post applicationem externam solutionis resolventis spirituosae emendata est; talis scilicet solutionis, qualis meminitur etiam apud Phlegmaciam. Qui tumor pedum g. d. quo magis ipsum oedema est, compellentia et tonica med. ita camphoram, alumen, suffumigationem et frictionem substantiarum resinosarum adustarum, ita v. g. Resinae Pini, saepe comprobavit. Quid nunc casus hic nos docebit? causa morbi epidemica vires vitales adeo supprimere potest, ut conditio corporis debilitata, hanc sequatur: in hac re itaque multum convenit cum Miasmate typhoideo in morbis cognitis, vulgarioribus Typhoideis; ni vero natura plane sit subacta, ut post infectionem causae Epidemicae mox mors sequatur; (Ultimum hoc rarius causae nostrae epidemicae dicari potest) Reactio in stimulum morbosum, causam epidemicam elaboratura, subito se sublevare valet; potest Reactio sicut apud Aegrotam nostram vidimus, perpetua cohibitione indigere actionum suarum, si omnia in bona vertentur. Venae sectiones, Nitras potassae, combinata cum medela, Perspirationem aliquo modo movente, perpetua fuit indigentia: Si causa Epidemica magis partes externas inficiebat, dicta medendi methodus sustentabatur a linimento valatilia, vesicatoreis externe applicitis,

Differentia causae nostrae epidemicae cum miasmate typhoideo Directionis Universalis consistit itaque, in semet ipsis subito sublevandis viribus aegrorum vitalibus, vel Reactione illarum perpetuo aucta, sub perpetua et permanenti infectione causae epidemicae (Archaei), Porro si non aliquo in modo sanitas obtineatur, ad virium vitalium exhaustionem totalem et ad Mortem usque, vires, quod applicet causa epidemica: Porro in censum venit, mutabilitas et amplitudo partium afficiendarum et affectarum, ab una eademque causa dependentes. Lumbago quae ultima annotabilis Aegrae nostrae morbositatum forma fuit, erat, licet signa non valde aperta essent, erat characteris vere inflammatorii; Durities Pulsus, os siccum sed praecipue circumscripta Rubedo Genae conditionem illam inflammatoriam partium, in sacro et circa os sacrum positarum, cognitam mihi reddiderunt. Inhibitio methodi medendi antiphlogisticae, saepius et fere continuo repetita sine definita aegritudinis emendatione, in formulam quamdam antiphlogisticam me attentum reddidit, quae licet vix explicationem illud admittat, si casus dantur qui hanc formulam postulant, quid specifici prae suis vicinis possidet: Conbinationem scilicet Nitratis potassae cum terris absorbentibus. Post assumtionem horum

pulverum temperantium internam, cum externa adhibitione Fomentationum schmuckerii, subito affectus boni sunt secuti; post inhibitionem nullius medicaminis, licet hujus valde affinis, Aegra tantopere experiri vim salutarem remedii adhibiti et assumti potuit.

Tota scilicet Epidemia ostendit sensum delicatum, tam quod ad remedia ipsa, quam quod ad eorum formulas attinet.

Casus morbi.

Homo vir *) qui diversis phaenomenis morbosis Epidemiae hujus subjectus fuit, qui vero postea sanitate relativa fructus erat, nimium se aeri frigido et Humiditati exponendo, Diarrhoeam Rheumaticam patitur; haec vero Diarhoea citius cessit post adhibitionem medelae oblinientis Antirheumaticae; Succedebat huic Affectio morbosa Pulmonum, quod viscus jam saepius morbose affectum, per aliquot tempus difficultates quasdam peperat Aegro; quae difficultates et phaenomena nunc praebuerunt *signa, indicantia*, si quando Aeger versaretur sub alia morborum Directione, quam qua fruitur Epidemia nostra; vel quando constitutio epidemica hodierna magis faveret Phtysei

*) Sarcophagorum ligneorum Faber.

proprie dictae, quam quae revera sub Directione Gentili et sub Infectione nostra Epidemica obtinet, *indicantia* Aegrum Phtyseos vix immunem mansurum: Cum viscus hoc (Pulmones) Medela adaptata et Diaeta probe accommodata quodammodo a sua qualitate morbifica liberatum est, causa Epidemica kat exogen cryptas muciparas organorum chylopoijeticorum infecit; praeprimis conspicuum, in Lingua aridissima. Haec morbi conditio et Aegroto et Medico valde incommoda, (uti me experientia aliquoties docuit) optimum fere et paene sine Indicatione sufficiente, (Empyrice) medebatur adhibendo Decocto Radicis Altheae cum Nitro et cum extracto Hyoscyami; et quidem brevi tempore amovebatur hoc phaenomenon vel symtoma; Quinam labores huic opponebantur symtomati, saepius hoc observavimus, nullus tam perfecto exspectationi satisfecit: Brevi tempore post, restauratio lente procedebat, (organa chylopoyetica scilicet corroborantem tonicam medendi rationem non admittebant) Aeger acquisivit Decoctum seminum cannabinorum cum aromate quodam, quod Proficuitatem non recusavit; viae quippe Urinariae a causa Epidemica forte in similem habitum cum Lingua et cum primis viis ductae, ab acrimonia Urinae stimulatae vel laesae, sub

usu hujus Decocti emendabantur: Ischuria quae adfuit, evanuit: Interea variae ac diversae contractiones spasticae Partium musoulosarum et tendinosarum proveniebant; ut verum fateamur, fuerunt *stricturae topicae*, eumdem et similem situm ac qualitatem conservantes, in quem spasmus ab Epidemica causa effectus conflixerat eas: Hae stricturae habebant, ac conservabant annotabilem circumscriptam rotunditatem ac amplitudinem; citissime ad sensum digiti fluiditatem elasticam sentiendam praebentes: Verosimile est quod Linimentum ex Linimento volatili cum Tinctura opii, spir. vin. camphor: vel simile Remedium; et bona involutio harum stricturarum globosarum, multum profutura essent, resolvendarum harum affectionum .spasmodicarum: Verum Patiens nos reliquit, et opem inquisivit aliam. Num vero Eductio copiae abundantis humorum lymphaticorum in stricturis illis effectorum, Amotioni harum spasmorum sit anteponenda, num quidem et Amotio spasmorum illarum obtineri non potuisset, non nostrum est quod tangamus: Certius constat, Aegrotum sub ortu stricturarum et sub mutanda in his stricturis contenta, in easque transfundenda Lympha in materiem purulentam; et etiam post materiem illam purulentam eductam, per longum tempus

in debilitate chronica esse versatum, antequam sanitatem relativam recipere potuit.

Prima observatio de femina Gravida sumta, nos docet Indolem Inflammatoream, ad quam corpus ab hodierna causa Epidemica infectum, se allevare et persistere potest; *secunda* praecipue Paroxysmos sub forma spasmorum nos cognitas facit; dum *ultima* (De Patiente Asthmatico praecipue erit desumta §. XXI.) harum trium nobis variabilitatem symtomatum, vel morbi Epidemici phaenomenorum indicat. Scismata hae variabilitates vel quidem metaschematismi morbi cujusque generalis D. G. quandoquetales sunt, ut sensim diversi variique morbi ex uno fonte sistantur.

Curatio harum affectionum topicarum partium musculosarum, fuit, vel Generalis, vel Topica. Si Affectiones hae topicae dabantur in subjectis Robustis vel non debilibus, methodus antiphlogistica indicata erat; venae sectio necessario debuit institui; et antiphlogistica medicamenta inhiberi debuerunt antequam topica remedia vel ferebantur, vel saltem antequam haec Remedia topica utilitatem praestare possent: Involutio calida partium affectarum hinc ab curae initio fieri vel permanenter hanc curam internam concomitari potuit: Post exhibitionem hujus medendi rationis, vel et simul cum hac,

medicamenta abhiberi debuerunt, quae Perspirationem movent, et conditionem spasticam leniunt. Remediorum Formula talis, qualem in Puella 15 *a* 16 Annorum ut accessoriam adhibuimus, hic saepe quoque utilis est deprehensa; ad spasticam Rheumatismi indolem leniendam, Perspirationemque tam topice quam Generaliter movendam *Extractum aconiti* et in Progressu morbi, vel etiam in initio morbi, faciem asthenicam vel inactivam praebentis, vel et quando vasa sanguinea quodammodo a sanguine suo saginato (Lijvig) liberata erant' *camphora* opem adferre potuerunt: si camphora indicata erat, pauca grana multum in restaurandum morbum, efficere potuerunt. Pulvis Doveri quoque saepe multum boni in his effecit malis. Post et sub involutione partium affectarum calida, *Primo* Linimentum volatile, *tunc* vesicatorea, fere cum eisdem conditionibus quibus camphora, optime in affectiones has topicas operabantur; Involutio partium affectarum calida et simul humida, supposita exempli loco cum *) solutione saponis albi etc. licet omnino salutaris, prudentiorem Tractationem requiritur,

---

*). R. Sapo alb. ℥iv
Spir. vini ℥ij
Aquae coct. ℔j
m. f. foment.

ne inter renovandum pannum, et Partis affectae oblinitionem, *Aura* partem affectam exquisitius feriatur.*) Si conditio iuflammatoria amota erat, Medicamenta modo dicta statim abhiberi potuerunt: symtomata nervosa spasmodica, quae saepe fuerunt ultimae Insurrectiones causae epidemicae, si *cura prolata* non opitulabatur optime a. valeriana, in connubio cum in primo et secundo loco dicta medendi ratione, tollebantur: Si haec symtomata (nervosa) spasmodica sese praecipue cum *Ardore fibrili* excerebant, *qui* super totam cutis superficiem erat dispersus, nullius medicamenti utilitas cum Aethere nitrico alcoholico aequiponi potuit: Videtur haec exiguitas vix Recordatione digna; tenendum vero est, quod non raro tota medendi Ratio tali exiguitate claudicaret. (Rebus adesse vacat exigius.

Optio aequa Formulae, combinandi medicamenta apta, adaequata, licet parum valere videatur, decidit saepe res momentosas.

Si affectiones illae locales pergebant et locum et vehementiam suam retinere, post adhibitam etiam dictam curam medicinalem, si conditio sanguinis saginata continuabat, tunc mercurius dulcis. (murias hydrargyri oxydulatus), In con-

*). Involutio partium laesarum cum serico cerato num magis num minus proficua, D. G. nobis non constat. Idem de Moxa.

ditione sanguinis minus saginata, Antimonialia, vinum antimoniale Huxhami, sulph. aur. ant, Kerm mineral; etiam Extracta Narcotica, opium, et camphora optime juvaverunt: ante omnia dicta haec medicamenta inter seinvicem combinata, qualis formula in Pleuroperipneumonia apud Puellam 15-16 annorum est *praescripta*, vel etiam vario modo variata quae dabantur. Formula illa compellens dicta vel similis formula combin. medicamentorum dictorum, praeprimis requirebatur in affectionibus Topicis partium musculoso membranocearum variarum corporis cavitatum, praecipue Pectoris. *) Passio pectoris nervosa topica, cum aequali passione Tubi intestinalis organica, Lingua sulcata observabili, quae conveniunt, Helenium amat.

In conditione spastica quamdam corporis partem occupata sine multa febricitatione, sine exquisito morbo speciali in statu plerumque acuto, Flores chamomillae, Flores zinci, ut et Assa foetida saepe utilia deprehendebantur.

*). Directio Gentilis chyrurgiae hoc in casu amicitiae manum dare cupit, satis manifeste enim mihi patuit, Gibbificationem saepius ex hac causa nasci.

1827 - 1828. §. XXIV.

Causa Epidemica permanenter vim suam excercens in quodnam Individuum vel subjectum, quod perpetua et sat valida sanitate fructum est, Triplicem speciem vel triplicem faciem praebere potest; quam et saepius praebet: *Prima facies* est status inflammatorius, conjunctus cum conditione catarrhali; *secunda* est status subgastricus, saepe in secretionem veram morbosam organorum abdominalium vel chylopoyetocorum transeuns. Tertia species est, status nervosus vel spasticus: saepe Morbus in uno eodemque Aegro omnes has tres conditiones, in dicto ordine sibi invicem subsequentes, ostentavit. Saepe tamen curatio medicinalis in prima, vel et secunda conditione morbosa instituta, secundam vel tertiam conditionem, praevenire potuit. Non raro modus existendi trium dictarum conditionum in inverso ordine locum habuit, ita ut prima conditio status spasmodicus fuerit; secunda catarrhalis: vel et prima conditio, eonditio gastrica fuit maxime momentosa; quando et status Inflammatorius serius adesse potuit.

§. XXV.

SPASMUS INFLAMMATORIUS MUSCULORUM PSOAE.

Psoitis.

Ob indolem genuinam quam Affectiones morbosae partium musculosarum et membranosarum (Pleurae) sub gentili directione suppeditant, has affectiones morbosas nomine spasmorum Inflammatoriarum, vel ubi hae Affectiones *Locos Rheumatismorum* sub universali Directione *exsistentium,* occupaverunt, Affectionum Topicarum nomine nominavimus; Medium certe tenet *Psoitis.*

Quantum Imperium Nervi in partem talem morbose affectam, excerceant; vel imperium Nervorum talis partis affectae, quantum sit subactum si velimus Nullus morbus nobis illud tam luculenter certe cognoscendum facit, quam Psoitis.

Casus morbi.

Puer octo annorum a Gravissimo dolore, Liquido in Regione musculorum Psoae corripitur ob dolorem horum musculorum et propter horum musculorum functionem amissam, aegre decumbere potest Aeger, crura ne in minimum movere potest: Signa affectionum catarrhalium

et Gastricismi adsunt; Rubor rosaceus genarum et affectio topica musculorum Psoae, indigitant statum subinflammatorium; absque quod systhema Arteriosum multum hujus videatur implicatum; Pulsus ne minimam indicat Indolis inflammatoriae notam. Aegro praeseribitur:

R. Nitrat potassae
pulv. rad. rhei aa scr. ij
Extract. tarax. ʒij
Oxym. simpl. ℥ij
Infus flor. sambuc ℥vj
m.

Externe Linimentum volatile; Quinquies de die pars dolens morbose affecta infricetur, superponendo pannos laneos solutione saponacea tinctos, calidissime applicandos, et perpetuo renovandos. Postquam Aeger hac cum medela aliquos dies continuavit, status generalis morbosus multum emendatur; sine quod omnino morbositas evanuerit: Cum ante notata Potione praescribitur nunc post biduum, vel triduum et sequens:

R. Extr. aconiti gr. xv
Vini stibiati ℥j
m.

Et aliquandiu post, Pro Linimento volatili quod Aegro in usu est, cum solutione saponacea; Aegro datur:

R. Tartar. Emet. ʒj
Axung. Porcin. ℥j
Tinct. canthar. ʒij
m. f. Ung.

Usus Extracti aconiti hoc vel alio modo praescripti cum medela alterante concursoria, in morbi principio plerumque antiphlogistica, variatus vel insecutus pro re nata; etiam in Psoitide Gentilis directionis aliquoties suffecerat, ad morbum cum phaenomenis praecipue post aliquam datam Periodum, vincendum: In hoc Aegro casus non ita obtinet, conditio Paralytica remanet *) et status ille paralyticus per longum tempus permansit, unum crus jam hinc ab initio prae altero patitur, licet nullum incolume manserit: Uti jam dictum est, Paralysis unius cruris remanet etiam post profligatum dolorem, qui dolor alioqui diu adfuit; remansit Paralysis (Unius cruris) postquam Dolor musculorum Psoae desiit. Usui longe continuato Pulveris rad. valerianae cum lapidibus concrorum, cum pulvere corticum aurantiorum, sed praecipue valerianae, cogor Restaurationem hujus adscribere morbi.



*). Saepius in tali casu datur totalis immobilitas cruris unius vel utriusque, post affectas psoas; et voluntatis imperium aegri nihil valet; sensus tactus vero in cruribus illis Paralyticts plerumque remanet.

CAPUT SEXTUM.

§. XXVI.

De usu interno ac efficacia Nitratis potassae et Muriatis hydrargyri oxydulati. *)

Opis quam ambo haec remedia, quodque sua vice Humanitati imbecilli attulerunt, abhinc ab Aevo antiquissimo; hisce Remediis locum haud contemnendum inter Apparatum medicamentorum dedit: Nostro autem aevo reservatum est, hisce remediis sed praesertim ultimo, suam ponere sedem, quam obsidere debebit, inter medicamenta utilia, Internis et Externis Aegritudinibus superandis.

Nitras potassae.

Potentia hujus medicamenti naturae refrigerantis, decidit, et saepe decidit magnas res, et
praes. *perf.*

*). Nostrum remedium ad G. D. cum prudenter ac apto comministratur tempore, multum fortasse potest ad conditionem siliceam procurandam, illud qoud de conditione gelatinosa cortum est.

quidem haud raro parva dosi: Dragma una hujus remedii tempore apto sumti, saepissime tantum valuit, et nunc in salutem, nunc in excidium operata est, ut tantum Medicum Physiologicum deceat, de Potentia hujus remedii Judicium proferre validum. Annotabilis vero est usus isque fere indeterminatus, quo hoc Remedium abhinc ab aliquibus annis fructus est, quo et saepe frui debuit; hic eo processit, ut jam introitum potentem apud scriptores Medicos illud impetraverit, in componendis suis systhematibus: Exempli causa: Talis Auctor in opere suo medico commendat, forte in morbo fiente Baglivii, in morbo neutrius generis, tanquam Prophylacticum sumere, Nitratis potassae ʒij, ad quantitatem vehiculi ℥xij; intra 24 horas? Illud ab Auctoris Recensente acutissime damnatur, et forte pleniori jure; num vero haec Damnatio nititur Recensentis experientia hodierna ad Lectulos Aegrotantium, num nititur Auctoritate Aestimatissimorum et celeberrimorum Auctorum et observatorum, quorum scripta jam ante aliquot Tempus in lucem prodierunt? Secundum nostram experientiam ultimum verum esse debet, et debet Nitrum, si indicatum, quando optatum possibilemque scopum attinget, nunc sub hac nostra stasi morbosa, ad quantitatem duplicatam

sumi, (Indicio quanti interest ut Directionum differentia illucidetur! et ut justa Directionum differentiae ratio habeatur!) atque cum hoc saepe diutius continuari debet, quam vulgo obtinet: Pallidus Habitus corporis et debilitas pulsus explorati, saepe sunt Res, quae desistentiam ab usu hujus remedii, cum causa jubent. Annon haec omnia Medicinae tanquam incitamenta esse debent, ut si fieri possit haec nostra hodierna stasis morbosa cum Directione morborum Gentili concurrens, cum majori plenitudine in lucem anteferatur? Ut Perturbatio rerum medicarum praeveniatur! Ut factis veteribus bonis Perennitas assuraretur!? Absque quod momentosum hodiernum negligatur? Haec quidem ante omnia Auctoribus medicis systhematicis cordi esse debebunt, sed si quis malum non novit, quonam modo evitabit?

Murias hydrargyri oxydulati.

Usus mercurii dulcis etiam aliquamdiu vulgarissimus fuit, imo in ultimis diebus fere non amplius terminum agnovit, quod ad quantitatem et magnitudinem Dosium attinet: Potentia mercurii dulcis in morbis inflammatoriis, vel in morbis qui cum Reactionibus adauctatis conjuncti fuerunt, vel et potius in morbis qui

cum statu exaltato ita dictum characterem lymphaticum in se conjunctum habebant; potentia scilicet hujus in dictis morbis saepe utilissima est, efficiet ille diminutionemmorbose mutatae incrassatae Lymphae plasticae; vel crustam Inflammatoriam post sanguinis missionem conspicuam tollit mercurius dulcis, et transsudationem multorum morborum sthenicorum destruit; hincque conditionem morbosam aegrorum emendat. Utilitas hujus medicaminis a plurimis et aptissimis Medicis plus quam satis extra omnem dubitationis aleam posita est; magis attentio trahitur, quomodo nonnulli putant hunc scopum attingere parvis dosibus, ex caus. aliquot granis; alii e contra quod putent, posse et debere sumi majores quantitates, imo Dragmas. In contemplatione Nitratis potassae possumus hanc nostram hodiernam stasin morbosam (coeteris paribus) quantitatem duplicatam illius medicaminis exigere, ut scopus praepositus attingeretur: Idem hoc non tam libere de mercurio dulci contendere possumus. Synochus noster catarrhalis inflammatorius saepe per longum tempus crassitiem sanguinis secum ducens, in initio cum venae sectionibus, cum Nitrate potassae etc antiphlogistice et interdum una antigastrice vel et medela quae diaphoresin movet, tractatus, nonnunquam cedit post

curam factam; nonnunquam autem haec non sufficiunt; et quidem illud non sufficere curae dictae inhibitae, sponte quasi sua ad usum mercurii dulcis ducit: Crassities sanguinis perseverans, vel crusta in superficie sanguinis emissi ab Homine minus perito non a vera crusta inflammatoria dignoscenda, Erythismus inflammatorius cujusdam systhematis vel organi, postquam medicamenta priora uti sunt e. c. nitrum vel et spir. nitr. dulc. etc negaverunt, saepe perquam bonum cum paucis granis Muriatis hydrargyri oxydulati oppugnantur, et curatio hoc vel simili modo obtinetur. Si vero casus successu tali fausto caret, si causa Gastrica a Medico non recognita, vel alia causa occulta subest, sanitas haud Pellendo, (Door forceeringe) vel magnis quantitatibus mercurii dulcis haud acquiri potest; Tempus quidem saepe de improviso advenit, quo talis medendi ratio nociva est, licet sanguis emissus pergatur crustam suam crassam ostendere, atque haec licet habenda sit tanquam signum characteristicum substantiae ejus Directioni gentili plerumque proprium, tamen potentia Mercurii dulcis in hac terminos suos patitur: Transitus qualitatis

*). Gutta rosea cui haec in causa fuit cum respectu concurrentium brevissimo huic cessit.

plasticae sanguinis, quantum scilicet haec qualitas cum peculiaritatibus suae genuinae existentiae sub gentili directione sit computabilis. Transitus hujus in conditionem Gelatinosam est punctum, ubi Potentia mercurii dulcis in bonam partem amittitur. Usus elongatus hujus medicaminis insensibiliter vires corporis pessumdat, et licet causalitas non semper recognoscatur, mortem secum vehit; considerari scilicet debet, ita dicta Febris mercurialis suas possidet peculiaritates sub gentili Directione, hae non tam bene cognitae sunt, quam sunt illae sub directione universali; quoque negligens exhibitio hujus remedii offenditur scilicet Mechanismum imbecillem, cui inniti debet.

§. XXVII.

PURIFICATIO PUOGENIA.

Conditiones quae purificationem determinant, sunt praecipue 1mo Conditio exaltata vel Inflammatio organorum nutriticiorum vel haec systhematis vasorum capillarium partis cujusdam corporis 2do Quantitas sufficiens humorum salubrium: ultimi annotabilissimam vim in qualitatem Puris conficiendi videntur excercere; et

3tio Actio nervorum praecipue partis morbose affectae, Actio nervorum prae reliquis amplitudinem Purificationis et puris accumulationem videtur determinare. Pus bonum his gaudere debet qualitatibus; debet esse consistentian vel esse opulentum saginatum (lijvig), qualitatem Balsamicam medicabilem sine acrimoniis praebere debet: Si sunt organa proxima activa quae Pus conficiunt systhema vasorum capillarium, Partes proximae passivae sunt in partibus Inflammatis contenta fluida, et quidem ultimarum partium vel fluidarum prae reliquis illorum pars fibrosa, ab Inflammatione semisolida facta. Actio Dynamica corporis et praecipue partis affectae fluidis in Bulbo purifico contentis mutationem subeundam facit: Fibra sanguinea ab Inflammatione semisolida facta in hoc Bulbo purifico, resolvitur; et quo majorem activitatem ostendat Purificatio, et majorem ambitum complectatur, quidem Partes membranosae in hac Resolutione tantopere inficiuntur, ut cum permutata massa fluida partis inflammatae saepe unum tantum totum efficiant.

Ad explicandam sibi Purificationem sub gentili directione alterum initium est capiendum: Inflammatio putata partis, massam fluidam in Bulbo purifico contentam modo opposito, inverso infecit: Conditio exaltata hic non

permutat Portionem fibrosam sanguineam in Bulbo purificando contentam in fibram solidam vel semisolidam: conditionis fibrosae alioqui subjectis partibus fluidis nunc statum suum exaltatum communicavivit; fluida his praedita, si purificatio obtinget, cum parte fibrosa in unum coeunt, durante actione illa Dynamico organica vel durante Purificatione ipsa quidem mutantur, in materiem purulentam homogeneam abeuntes, tamen non tantopere quantopere illud locum habet sub universali Directione, non adeo Partes membranosas ad se trahunt, ut cum his totum efficiant: quantum fieri potest, has membranas sibimet ipsis relinquunt, sed partes fluidas sibi adaequabiliores, in magna quantitate vel plenitudine ad se trahunt; hinc est quod Pus sub gentili directione minorem consistentiam possideat, quam vulgo vel sub universali (Alma) directione obtinet, sed citius quod fiat, et multo in majori quantitate quod offendatur.

Materies purulenta Gentilis directionis comparata cum tali Directionis universae solummodo tanquam colluvium est habendum, quidem eodem fungetur officio, quo Pus Alm. dir: fungitur; sed nequaquam eadem gaudet qualitate ac efficacia Pus, quod gentili Dir. proprium est. Abscessus sub gentili directione permagnam Pu-

ris copiam et cum talibus universae directionis comparati, per longum tempus summam puris copiam educere possunt; absque quod Partes membranaceae in Bulbo purifico contentae, ipsae resolvantur; hae partes potius rigidae inveniuntur; educendae, suam integritatem organicam in se conservant; illa quantitas eminens materiae secretae purulentae, in annotabilem statum febrilem Indolis hecticae vellet concludere. Experientia tamen omnino opinionem illam refutat; febris non valde notabilis est, saepe diu remanet, et si adest, vel advenit, saepe adhuc post longum tempus indolem assumit inflammatoream: quando simul accidentia fiunt momentosiora; qua peculiari qualitate febris tamen in indolem Hecticam ubi sub D. G. inclinat, omnino gaudetur. *)

Partes in quibus Puogenia plurimum a nobis est observata, Mammae mulierum fuerunt; Intra breve tempus plerumque post diem aegritudinis tertiam, Inflammatio mammae vel potius Phlegmacia inflammatoria, saepe permagnam puris copiam in et circa Glandulam conglomeratam mammae confecerat; secretio

*). Haec febris paroxysmo epidemica gavisa, melius vulgo dignoscebatur absentia reliquarum specierum febrilium.

materiae purulentae saepe fuit valde diuturna, cura lenissima fuit eligenda; Inflammationi resolvendae Fomentationes schmückerii potentiae semiconsuetae calido inhibitae, utiles esse potuerunt; In meatu aegritudinis lentiori solutio saponis medicatae opem ferre potest: vel etiam talis

Formula R. Sal ammon. ℥ β
Spir. minder ℥ij
—— vini ℥j
Acet. vini ℥ij
Aquae purae ℥iv.
m. f. foment.

Altera Formula in Phlegmacia, (Mucidies) *mammarum* usitatissima

R. Sal Ammon. ℥ β
Acet. vin.
Spir. minder aa ℥ij
Aq. Pluvial. ℥vj.
m. f. foment.

Alterae formulae

R. Sapo alb.
Sal ammon. aa ʒij
Spir. minderer ℥ij
—— vin. gall. ℥j
Aquae coctae ℔j.
m. f. fom.

R. Sapo alb. ʒij
Sal Ammon. ℥ β
Acet. vin. ℥iv
Spir. vin. gall. ℥j
Aquae coct. ℔j.
m. f. fom.

S. Convolumentum linteamineum his fomentationibus humefactum, tepide mammae superponendum, eumdemque convolumentum continuo calidum et humidum servandum.

His omnibus susque deque habitis, tamen saepe fit puris accumulatio, qua accumulatione aperta, iterum lenissima cura est praeferenda: vulgariora medicamenta purificantia in abscessu aperto vulgariter proficua, uti unguentum Basilicum saepe nimium stimulabant, imo Balsamica saepe adhuc nimium praestabant effectum. Post adhibitionem unguenti mixti ad cujus usum quidem mens inclinare vellet, saepe localis Inflammatio partium suppurantium sequebatur: *Oleum olivarum* simpliciter adhibitum vel et Mel saepe bonum unguentum digestivum dederunt; vel sequentes compositiones scilicet R. N°. 1. Unguentum Basilicum ana cum melle unitum. N°. 2. Vitelli ovorum probe cumBalsamo copajvae commixti et subacti, dederunt unguenta digestiva vulgaribus digestivis unguentis longe anteponenda.

Tractatio antigastrica in purificatione eo magis attentionem meretur, quoniam constat, quod in abscessus curatione organa gastrica Punctum signent, cujus praetervisio saepe causa est, ut illius sanatio maximopere vel in longum trahitur, vel omnino fieri nonpossit.

Postquam frustra sanatio diu exspectata erat, sed praecipue post curam chirurgicam nimie stimulantem, se praeprimis indurationes praebebant: Pus scilicet in mamma contentum Partes mammae solidas solumodo colluens, parcissime vel plane non has resolvebat, sine ostentatione proprietatum pravarum, imo sine quod gauderent hujus qualitatibus improbis, Indurationes illae post suppurationis moram longam in mamma relictae, externo attactu sensum carcinomatis praebere poterant: hinc eo minus admirabimur, quod Mamma suppurans, postquam nulli adhibito remedio auscultare voluit, ab Emplastro mercuriali sanata sit. *) Etiam indurationes mammarum post reiteratam purificationem harum partium remansae ad G. D., feliciter cesserunt inunctione hujus unguenti:

R. Ung. mercur.
—— altheae aa ℥j (Ung. popul.)
m. f. Ung.

*). Emplastrum constitit ex aa Emplastr. gummos, et Empl. mercurial: ultimum priori oblinitum.

Quae cura externa posterior utilius a cura interna laxante comitatur v. c. vel salina:

R. Sulph. magnes ℥ij
Rob. Ribesior ℥iv
Aquae coct. ℥vj
M. ut solv. vel incidentiora laxantia ita Rheum. habeantur et Aloe.

§. XXVIII.

MORTIFICATIO SUB GENTILI DIRECTIONE.

Sicut nos paulo ante ad considerationem Hypersthenia sub directione gentili casum Juvenis annorum 25 in mortem abeuntem vidimus, quomodo Pars corporis pro parte gangraenata, veluti evidenter in Aegri hujus Pectore, Pulmonibus vel Pleura, obtinuit, adhuc per quosdam dies persistere possit, antequam Mors pulsat Fores, sic et tales similes Affectiones partium externarum sub gent. dir. sive hae affectiones statim Partem morbosam ipsam infecerint, sive pars morbose affecta hanc affectionem per Meotasthasin patiatur. etiam externe Notis progressuum lentiorum et in computatione Prognostices certe hae affectiones *Charactere Benignitatis* insigniuntur: Pars enim morbosa est crassa, oedematosa, (Dir. gent. gangraenam humidam, saepe monstra-

vit, quae in casu hemicomplegii sicca fuit.) genuine efflata, magnis gaudet circulis, qui, ut primo ruberimi, nigri et versicolores fuerunt, et ut maximam mortificationem minati sunt, si aeger vitam conservat, plerumque cum magnis vel minoribus soleamentis cutis et contextus cellulosi, amandantur. Si febris adest, gaudet haec in Initio indole catarrhali, quae plerumque sensim tantum in subputridam abit. *)



*). Ulcera relicta optime cum 1, Aqua calis viva, cum 2, Decocto querci cum spir. vin. camph. et 3tio, cum Empl. def. coer. pharm. Lond. curabantur.

CAPUT SEPTIMUM.

---

§. XXIX.

MORBI SYMTOMATODES.

Quemadmodum in morbis capitalibus hujus Epidemiae, Aegrorum sanatio praecipue ad curationem symtomatum sive simpliciorum, vel generalium, sive κατ' εχογεν vel Peculiariorum debuit quaeri, sic in quibusdam morbis Epidemiae hujus, qui morbi alioquin tanquam symtomata morborum capitalium considerantur, cura medicinalis ita institui debuit, si cum causa eventum faustum exspectare liceret, ut hisce morbis symtomatodes sibi accomodanda Identitas existentiae tribueretur, vel ut nos accuratius exprimamus, ut hi morbi symtomatodes propter qualitatem vel characterem respectarentur: Sine qua aestimatione et ab hac dependenti curandi modo minime feliciter

curatio succedere potuit. Inter plures alios tanquam veri morbi symtomatodes se praestiterunt.

1mo. *Delirium Potatorum:* Hicce morbus symtomatodes jam generaliter recognitus, frui jam videtur qualitate sua adaptata.

2do. *Catalepsia:* Phaenomena vel symtomata accidentalia hujus morbi symtomatodes, ab omni parte gaudebant facie et qualitatibus, quae vulgo in catalepsi observantur; eumdem locum occupantia, sed fixa, perpetua vel diutina, cum Exacerbationibus Paroxysticis, vel cum Remissionibus; annotabilem gravemque morbi formam tam Aegro quam Medico praebens.

3tio. *Sopor.* Hic morbus symtomaticus in suis sequelis minus pertinax fuit.

4to. *Tremor:* et sic porro.

Jure merito hi morbi tanquam symtomata considerati, ducuntur in intima versari affinitate cum systhemate nerveo, et a systhematis hujus Reactione, existentiam suam accipere. Multae obscuritates recognoscuntur in officio vel functione sana, naturali hujus systhematis, et quoque multae offenduntur obscuritates, si quando systhema hoc morbose est affectum. Hodierni observationibus sedulis circa hoc systhema factis, longis procederunt gressibus,

detegendorum memorabilium, systhemati huic propriorum: Ita quod ad compositionem anatomicam et functiones speciales hujus systhematis, duplicis esse dicunt; quae duplicatio unius ejusdemque systhematis, licet inter se in vicem multis in modis conjuncti, varias ac diversas functiones excercebunt.

Pars vel duplicatio prima et quidem maxima ex originibus parvis, filamentis nerveis ab omnibus fere corporis punctis orta, in ita dictam Medullam spinalem, et porro in cerebrum determinatur. Ab hac parte sensorium commune sensationem. Fibra muscularis Influxum nerveum et potentiam motricem accipiunt; et probabiliter quoque haec Pars Systhematis nervei vim suam excerit in Nutritione, et Restauratione Particularum corporearum amissarum, (quae vis nervea tamen minus amica vulgo duci potest.) atque ab hoc systhemate Morborum Loci pro parte indigitantur.

Secunda pars vel duplicatio secunda cum prima vario modo conjuncta, locum tenet praecipuum in Pectoris et abdominis cavitatibus; Appendices nerveae variis modis inter se in vicem conjunctae sunt, Lineamentorum in modum in diversas abeunt Regiones, ad minores et majores Plexus; quamdam similitudinem totum scilicet cum Reti piscatorio similacerato

praebet; quorum Plexuum primi vel minores non sine convenientiae similitudine haberi possunt et debent, tanquam in hac parte, vel in hoc systhemate, illam Remplacantes, quam Medulla spinalis ad primam partem, vel ad primum systhema tenet. quales minores plexus cum majoribus Plexibus in connubio versantes, in maximum Plexum vel Plexum solarem (coeliacum) judicari possunt esse determinati. Quamobrem in hac systhematis nervosi parte Plexus solaris talem tenet locum, qualem in altera cerebrum ipsum tenet. Huic parti secundae systhematis nervosi systhema symphaticum dictae, cum prima nomine systhematis cerebralis insignitur, scilicet parti secundae praeprimis attribuitur Praesidium Functionum Nutritionis. Assimilationis et restaurationis particularum amissarum immittendo suum fluidum: (Hujus systhematis potentia saepius nimio favore peccat) scilicet et partium, quarum voluntas ne minimum imperium excercet. Si compositio anatomica, si sedes, si functio utriusque Partis systhematis nervei diversae sint, utrique illud est commune, quod ducant fluidum nerveum, quod ab Aula nervea penetrentur, vel circumdentur: Haec Aula nervea quae in nervorum functionibus, simili fungi officio debebit, quale (Metaphorice ut loquar) Auriga praestabit ad

vehiculum transportatorium, alteram iterum qualitatem in prima, alteram in secunda parte vel in secundo systhemate possidebit, Apud primam, systhema cerebrale citiorem, Apud alteram partem, systhema symphaticum, lentiorem cursum habebit. In prima parte systhematis nervosi vel systhemate cerebrali Functio illius (statu sano) a nullis impedimentis retinetur, ilico particula minima hujus systhematis affecta, systhema illud affectionem illam in urbem (Metropolin) cerebrum allegare potest, et quoque Ilico ab hoc influxum potest recuperare: Quando vero par valens affectio secundam systhematis nervosi partem, systhema symphaticum, afficit, haec affectio Plexum offensa, haud Plexum solarem, retinebitur; forte in Gyros ducetur, et hos circulando, haec affectio non tam cito in locum statutum, Plexum solarem scilicet, adveniet, quam vidimus posse fieri in systhemate cerebrali. Non solum systhemati huic cerebrali concessum esse, *Posse fieri* quod affectiones huic systhemati allatae, ilico in locum statutum advenire possint, sed longius simul procedere, putat ille qui dolores gravissimos Ischiadicos experiri debuit, et simul non ab omni observandi Mente destitutus fuit, putat, cum veritate affirmare, posse et audere, Ictum vehementissimum Nervum Ischiadicum

tactum, ilico et Fulminis instar non tantum Distantiam longam ab dicto Nervo in cerebrum momento citius confecisse, sed dilucide sentivisse, cerebrum affectum hanc affectionem haud in se retinuisse, sed hanc in Membranas Meninges transfudisse: Si illud locum habet in systhemate nervorum cerebrali, non minus evidenter illud liquet fieri, licet non tam cito, in systhemate symphatico; praecipue observandum, si quando hoc systhema morbose patitur: Exempli causa In Hysteria. Aulam nerveam utriusque systhematis nervosi non unam et eamdem esse, non ab uno systhemate in alterum procedere, sed quamlibet aulam ad suum proprium systhema detineri, et *aulam Nerveam* duobus gaudere Polis, quorum Aula systhematis cerebralis *Polum frigidum* et Aula systhematis symphatici *Polum calidum* occupavit, non supervacuum erit a nobis quod notetur, ut eo melius morbi symtomatodes intelligi queant.

Cum nervi tam compositione quam agendi modo utriusque systhematis diversi sunt, aliter modificati in sijsthemate cerebrali, aliter in systhemate symphatico, utrisque haec qualitas attribui poterit, quod quaeque nervorum series modo suo proprio, affectiones sibi illatas, sive

quotidianas, sive peculiares, sive insolitas, in Membranas dimittant: Membranis itaque Potentia major et major efficacia attribui debebit, quam obvestire fulcire organa et Partes, traducere vasa etc: Membranae haberi debebunt tanquam *Purgatoria* duorum magnorum et forte annotabilissimorum systhematum corporis vel organorum: Omnium proprie ita dictorum morborum nervosorum (Nouroses) sed praeprimis illorum morborum nervosorum qui maximo cum systhemate symphatico gaudent connubio, *Hysteria* (Passio hysterica) ut morbus substantivus considerata, cum plurimis et cum maxime diversis et variantibus speciebus se prodit; systhema symphaticum in hoc morbo (Hysteria) vim suam extremam impendere videtur, ad Nobilitandum hostem suum domesticum: videtur systhema symphaticum hoc suo morbo gloriari: Systhema cerebrale vel cerebrum e contra *convulsiones* ut Idolum suum-prae se ferre videtur: Hi morbi ambo enumerati, ordinem retinent principem in suis systhematibus; alii licet aeque ac hi, ad unum vel alterum systhema pertinentes, duobus dictis videntur submissi.

Convulsiones quid quidem sunt?

Causae quae valent excitare convulsiones, sedem non in nervis, non in systhemate nerveo

cerebrali, vel in cerebro ipso, tenebunt, sed ad extremitates hujus systhematis; causae illae systhema hoc externe affectae, non aptae judicantur, neque ut ab hoc systhemate recipiantur, nec ut ab illo in Purgatoria sua dimittantur; systhema nervosum vel cerebrale, contemplatur has causas tanquam Mercedem haud vectabilem, repugnat, aulam his mittit obviam, et fibrillae nerveae nimis fortiter reagentes, Paralyticae quodammodo fiunt, in sequelam jacturae, aulae suae, vitae humanae pretiosissimae; et in sequelam intentionis fibrillarum nervearum ipsarum: Mors, diuturnae et multiplices Nervorum Passiones, Febres lentae his saepe subsequuntur. Haud vero omnes Infectiones huic systhemati *a* cerebrali allatae tam ingratae sunt his *b* systhematibus, multas tam intime in se suscipere videtur, ut ab hoc systhemate naturalisari videantur ita; *a* Memoria, *b* Recordatio. In multis etiam morbis videtur hoc systhema cerebrale partem quamdam causae morbosae elaborandae in se suscipere, vel ad Elaborandum in Purgatoria sua mittere. Hinc est quod symtomata nervosa varient pro indole morborum existentium; ita Delirium, sopor, Cephalaea: hoc systhema cerebrale Praeelectionis causa tanquam Purgatoria usurpari videtur membranas, secundum Cl. Bichat. mem-

branas fibrosas dictas: Perditur systhema cerebrale ac hinc Homo ipse dimittendo aulam suam nerveam, Tantum Energiae; inserviet aula illa aliis, praestantioribus, forte Generosissimis, sed a captu humano haud comprehensibilibus scopis, cum aula quam systhema symphaticum jubet, res alia erit; dimittere aulam a majoribus ad minores Plexus, ab his in Membranas suas, Naturae consentaneum videtur: Hoc systhema symphaticum hanc aulam in tanta copia videtur continere, de novo iterum cum hac Aula instrui, vel et ipsam reproducere, ut continua hujus aulae indigeat Perditione, si non accumulationes et inde effectae Affectiones et Passiones morbosae hujus systhematis oriebuntur; haec tamen Perditio Aulae plus quam par est modum excedere non debebit; nimia Intentio perdendae aulae, uti quidum saepe locum habere potest, et nimia distributio toti corpori, et praecipue huic systhemati nervorum symphatico debilitatem inferent, Nimia sensilitas et activitas Functionum diminuta, hujus aulae Perditioni subsequentur. Si nunc perpendamus, Praesidium omnium animi affectionum humanarum in ipso hoc systhemate symphatico esse quaerendum, vix admirabimur, quo melius ordinata, quo Perfecta magis societas humana offendatur,

tanto pluribus, diversissimis, sub omnibus larvis ac speciebus, se offerentibus, causis Infectionum et Reactionum hujus systhematis η Αντροποεια erit submissa; eadem in magnitudine et multitudine, causae morborum hujus systhematis augentur, et quoque multiplicantur. Exemplaria, Individua vel objecta pro indole sua tenerrima sensibiliora plurimum arripientur, et quoniam hanc qualitatem majoris teneritudinis structurae corporeae et majoris sensibilitatis adaequate in sexu femineo offendamus, facile a priori jam intelligitur, sexum hunc optimam nobis *copiam* (schets) contemplandorum morborum nervosorum suppeditaturum. Videmus si nos convulsiones in summa sua Perfectione plurimum in hoc sexu, Hysteria fere huic sexui soli est propria: Vocabulum solius proprietatis sufficeret, ut sexui dicto soli Hysteria attribueretur; sed cum saepius morbum adaequate signa Hysteriae dantem, in sexu virili offendimus, Hypochondriasis, (assa foetida) non in omni casu tamen aeque laudanda *) attendamus ne significatione vocabuli abripiamur, cum Animus humanus in vita sociali undique et ab omnibus lateribus et obsidetur toties, et impugnatur, de Humanitate de Antropoeia subito actum esset, si non systhema symphaticum adaequate illa Identitate constructionis et illo

Reagendi vel agendi gauderet modo, quem modo vidimus: Effectus harum animi affectionum, combinatarum cum causa Epidemica sicut nostra, sub datis conditionibus haud omittent Affectiones morbosas excitare, Excercitus affectionum spasmodicarum cum causa tanquam sequelae horum, vel systhematis symphatici mala exspectari poterunt: Illud tamen tantum sub conditionibus, vel stricte sumtum illud nequaquam obtinuit: Experientia durante brevi tempore haud comministravit, vel magnam nobis abundantiam aut multitudinem phaenomenorum morbosorum non obtulit, quae huic systhemati adscribi deberent: sed sicut nos vidimus, quod D. G. Praesidium vel Directio Morbis cursum suum indigitandi non in solidis sed in fluidis partibus sit quaerenda, et quod tanquam Proprietas hujus gentilis directionis symtomata magis quam essentia morbi intima honorari debeant, ita et Directorium utriusque systhematis nervosi similem subiit mutationem: causae quae valent morbose afficere systhema symphaticum, elaborandae a systhemate cerebrali

---

*). Morbus nuncupatus Hypochondriasis ad G. D. nonnunquam systhematis symphatici Purgatoria tantopere infecta tenuit, ut Diathesin spasmo phlogisticam sibi adsciscere cavum abdominis sit visum.

accipiuntur; Hoc systhema cerebrale amandat uti solitum est, has causas in Membranas, cum hae causae vero sibi tanquam systhemati organico sunt Barbarae, cum hisce causis a Directione in casu vulgari sibi Barbara, et sedes et locus indigitantur, eo respectu minus nos admirabimur Identitates et Proprietates genuinas horum morborum symtomatodes, eumdem locum tenentium et multas Proprietates tales in se continentium, quales symtomata sub universa Directione huic systhemati nervorum propria, retulerunt. Directio universa in hoc systhemate cerebrali opem aliquam praebitura, decurrendis formis morborum sibi haud exclusive propriorum, ostentabat suum agendi modum et suum laboratorium ad symtomata, qualia exempli causa sunt Delirium sopor caeteraque: Hae tamen fuerunt res, officio medico minus annotabiles; haec symtomata morbis essentialibus submissa, cessabant, simulac morbi illi essentiales amovebantur. Apud morbos symtomatodes gent. dir. iidem loci inveniuntur affecti, quales loci quoque ad symtomata directionis universalis affecti inveniebantur: cum vero Directio gentilis morbos suos sub facie symtomatum totaliter vel exclusive completat ac perficit, et illa symtomata sub universa directione solummodo tanquam opus lusorium

haberi potuerunt, ita differentia symtomatum vel morborum sub Diversa Directione ultro liquet: praesertim si illa symtomata comparare lubet unius Directionis vel Directionis universalis et morbi capitales a quibus dependent cum morbis symtomatodes scilicet. — Directio gentilis enim, si scopum suum obtinget, morbus intimius cum organis suis conflatus esse, et intimius cum organis (specialibus) debet esse connexus. Mirum itaque non est, Aegrotos symtomatodes morbis afflictos, quamdiu mentis suae compotes manent, de doloribus gravissimis et de summa tentione partium affectarum queri; Affectiones, dolores et tentiones saepissime sunt quoque tam graves, tot partes in sua vicinitate positas, secum in consensum trahunt, ut qualitas ac proprietates horum spasmorum Rheumatico topicarum, Animo et oculis medici quasi spectabiles reddantur: Videmus si nos vel si vidimus in morbis systhe matis symphatici nunc unam Partem vel locum specialem (membranarum) praecipue affectum, qui locus vel Pars affecta nunc in cavitate abdominis, nunc in Pectoris cavitate, nunc ad collum (globus Hystericus) reperitur; si sunt hae affectiones vel vagae, vel magis fixae, (spasmi topici vagi vel fixi), morborum qui prae omnibus systhema symphaticum afficiunt, sedes

si magis ad illas determinatur membranas, quae hodie secundum Cl. Bichat: membranae mucosae vel serosae dicuntur (conditio et qualitas membranarum, tam vaginae, quam Vesicae urinariae illud comprobare videntur, tales quales hae Partes in Hysteria et in morbis huic submissis, reperiuntur.) Systhema cerebrale uti dehinc videbimus talibus locis insitionum non destitutum est: Si nobis indolem horum spasmorum topicorum repraesentare volumus, assumimus fibrillam nerveam irritabiliorem, ac sensibiliorem, accumultationem aulae vel infectionem *ultimae*, verbi causa, in Hysteria) *Poli calidi* cum vel sine concurrente stimulo peregrino vel haeterogeneo, tanquam causam morbi: Cum huic systhemati symphatico proprium sit, etiam in statu sano aulam suam demittere, cum hac si fieri potest, simul dimittet causam morbi; talequid conspicimus nonnunquam de improviso ab ipso hoc systhemate effici: vel et post exhibitionem adaequatae medendi Rationis non raro illa morbi ablegatio obtinet. Idem Patronatus sub quo haec fiebant ad spasmos topicos systhematis symphatici, nunc excerit vim suam, ducente Directione gentili ad systhema cerebrale; hic vero offendit ille patronatus vel causa morbida longe alia organa, quae hic agere debebunt; hic loci Patronatus

vel Directio vel morbus ipse illa sumere debebit organa vel Partes, quibus Directio universa tantum collusorie utebatur in adjumentum causae morbi non in intima affinitate cum organis systhematis cerebralis ac nervosi versantis vincendae. Estne in morbis systhematis symphatici in ansam causarum peculiarium vel privatarum nunc haec pars nunc iterum alia hujus systhematis Pars praecipue morbose affecta, prodeuntne nunc sub specie Hysteriae proprie dictae, nunc sub Facie Nymphomaniae vel furoris uterini; systhema cerebrale uti diximus, etiam sua peculiaria puncta possidet, quae exclusive usurpatur: Si afficiat ante omnia in locis destinatis *membranas*, praecipue illarum Partem fibrosam; (Membranae fibrosae). Si causa Epidemica praesertim se cognitam reddit secum ducta qualitate Rheumatica, vel si haec qualitas, quam causa Epidemica secum vehit, proxime qualitati Rheumaticae affinis est; Si huic qualitati a systhemate cerebrali vel a Principatu hujus, locus suus vel sedes indigitatur, si quando invenimus, nunc hanc Partem membranarum affectam, exempli loco in *catalepsia* illos locos membranarum capitis, qui sunt Pars frontalis in vicinio *cristae Galli:* Si nervis spinalibus in Pectore Modulationem *Incubus* debemus adscribere et, Nervus phraenicus

Apocopen probabiliter si sistatur. In syncope verosimiliter Passio modulans Recurrentis vagi osbtinebit, dum in *coma* Nervum patheticum crucem misericordiae portare conspicimus, Pulcherrimum sed lethalem morbificationis florem congregatio et collaboratio omnium vel plurimorum nervorum capitis (Encephali Partium) vel cerebri ipsius ostendebunt nobis in medio calvarii vel in medio membranarum capitis; (hunc, itaque morbum nos morborum symtomatodum primarium habebimus:) hic morbus symtomaticus plenissimo jure *spina cerebri* vocari posset *). Huic morbo symtomatico in gradu momentositatis subsequietur ille morbus symtomaticus, qui modificationem suam a Nervo vago accipit. *Vagiagia.*

Sinos, ut momentositates unius alteriusve horum morborum symtomatodes recte definiantur, respicere debemus 1mo in sedem morbi 2do in conditionem partium quae cum morbo hoc in consensum trahuntur et 3tio. In efficaciam quam conditio partium in consensum ductarum in reliquam organismum

*). Perquam egregie multi morbi symtomatodes ubivis facti, exempli causa etiam in abdominis partibus dati, comparari possent cum stellis dio fixatis. — Si licet exemplis in parvo grandibus uti.

excercet, et in illa praecipue si attendere debeamus; ante omnia attendendum erit, in Permutationem, quam systhema nervosum ipsum subit; nobis permutationem, possibilem aut non possibilem restaurationem Integritatis organi hujus vitalis configurare debebimus, et ad haec curam nostram medicam confinire; si cum causa in eventum bonum sperare liceat: cum eventu fausto nos curavimus *catalepsiam*, *Agrypniam*, et plures alios, absque quod aliquid in *Spina cerebri* efficere valuerimus: Etiam eventu infausto *Vagiagiam* medicati sumus. Siquidem hos morbos symtomatodes cum fructu nunc curare cupimus, sane quidem prima et Indicatio summa erit, ut spasmus hicce Rheumatico topicus quo citius eo melius ablegetur, tamen saepe sine aestimatione fallaci horum morborum pretiositatis, antes, susceptam dispelitionem Praeludium agi poterit. Si status subinflammatorius adest, Methodus antiphlogistica paululum pluris efficiens quam status subinflammatorius postulare videtur, opem adferet. Status sub *) gastricus si adest,

*). Monuimus ad primam Epidemiae Illucidationem statum gastricum verum diu remansisse, idem momendum est sed saepe diverso modo de statu inflammatorio, idem quoque de statu vel conditione catarrhali; licet hae morbosae conditiones statum dictum non tantum simulent,

vel si advenit, imperterritus et probe accommodatus *modus medendi antigastricus* qualem Natura ipsa interdum praestat, educendo plane non exspectatam abundantiam sordium gastricarum, praecipue Bilis, utilis esse potest: Si hae circumstantiae non dantur, si jam praeterierunt, si modus medendi generalis non adfert opem: Exempli causa, Ratio medendi in morbum catarrhalem inhibita, utilitatem sufficientem haud praebet, talibus in casibus, morbi symtomatici, morbi symtomatodes magis directo impugnari debebunt: Medicamenta quae hunc scopum attigerunt. et morborum symtomatodum finem coronaverunt; sunt, camphora, Aether sulsphuricus alcoholicus, Aether nitricus alcoholicus, valeriana, Extracta narcotica, opium, castoreum et mercurius dulcis.

---

sed revera possideant, et medelam sibi aptatam exigeant, tamen rarissime tanti sunt momenti, ut plenariam morbi medelam secum ducant; minoris sub gentili directione deprehenduntur Auctoritatis, quam saepe sub universa directione obtinet: et si casus datur majoris efficaciae, dictos status sequentis, saepe conamina Naturae ipsa sufficiunt, perficiendis talibus, quas haud valet Ars. *succurrendum* potius imitandi causa, quam *Pellendum* in dictis Phaenomenis morbosis vel morborum statibus saepe praestat: Hinc praeprimis est, quod *Praepositio sub* toties morborum conditionibus generalibus hisce vel specialibus addetur.

Mosschi *et Ammoniae virtutes in his morbis symtomatodes cum non tentatae sunt a nobis, ita et stipulari a nobis non potuerunt.**)

Quinam est effectus Medicamentorum enumeratorum? Scopus exhibendorum horum medicaminum erit, existentem spasmum rheumatico topicum dispelire; Si Propositum summsimus scopum hunc persequi, ut attingatur adhibemus rebus circumstantibus aptam, et Judicio et optioni Medici sufficientem formulam remediorum, cui Remediorum formulae plus pretii intrinsecus contenti, concedi debebit, quam superficialiter putatur, Formulae deberi; certe non in omnibus casibus directe confugiendum erit, ad Medicamina maxume Heroica. In fere omnibus morbis systhematum nervosorum, et sic etiam in his morbis symtomatodes mihi licuit. tutissimam et certissimam medendi rationem esse cum Lenioribus initium facere. Si puto scopum acquiri posse exhibendo aliquot grana Florum Zinci, non capio opium. Hic modus agendi si imitaretur, fortasse plures morbos nervosos feliciter decurrere faceret, quam vulgo fieri videmus; Si lenis illa medendi ratio non sufficit, vel si periculum in mora est, tunc assumimus formulam remedio-

*) In uno morbi casu (Frontispitii) spir. cornu cervi dispoolitionem, non sanitatem procuravit.

rum cui majorem intensivam Potentiam et majorem vim concedimus: Haec gradui morbi proportionata saepissime ad scopum optatum perducet; haud tamen semper casus ita sese habebit: Altera Formula, alio medicamine indigebimus. Si scopus nunc est obtentus, si scilicet dispelitio spasmi rheumatico topicae est acquisita! quid tum? Sequela hujus dispelitionis est sanitas, ilico post morbi demtionem; vel mala adhaesiva remanentia plerumque fausto eventu e medio tolli possunt: aut ultimum hoc non ita locum habet, quando ille spasmus vel in ejus vicinitate corporis partes nimium infecerat, vel si morbus sedem habebat in Punctis, quae talem Infectionem causae morbosae perferre haud possunt, uti liquido factum est in vagiagia, tunc Dispelitio spasmi topici morbi consolidationem non solum, verum etiam pariter mortem secum ducet: Ut post curam medicinalem primo lenem, posthac magis intensivam, non sequebatur Dispelitio, Res in Promptu est, Tincturam castorei parvis dosibus exhibitam, hanc dispelitionem et Mortem in vagiagia effecisse. Si casus se ita obtulit in vagiagia, evidentius adhuc illud conspici posset in spina cerebri, ponamus hanc formam ultimam, curam medicam completam tam internam quam externam admittere, si nunc amotione

vel dispelitione hujuscemodi morbi non semper sanitas, sed saepe etiam mors exspectari possit, nonne agendi modus magis Palliativus vel lenior cura medicinalis erit praeferendus curae laudatae? Si conditionem illorum Aegrotorum perpendamus, in quibus nos persuasum habemus, quod ob magnam nobilitatem partium affectarum, vel etiam simul, quod propter fortem ac fixatam, perseveranter furientem, infectionem causae morbosae, ne quicquam boni a viribus naturae salutiferis exspectari possit, si conditionem urgentem et anxiam aegrorum contemplemur, si porro consideramus diagnosin angustam Medici in re, jam permutatarum vel morbo continuato augendarum, forte quidem permutatae constructionis organicae partium patientium; si haec omnia comparamus cum activa agendi ratione pro Medici parte, minus momentosae causae mihi videntur posse inferri, ne longissime activa et praestabilis medendi ratio anteponatur. Ab inhibitione medicamentorum nullum augmentum malorum morbificorum exspectari potest in hisce morbis symtomatodes; hisce tamen cum conditionibus scilicet, ut formula et vis medicaminum intensiva, gradibus et essentiae morborum sint proportionatae, et adaptatae; circumstantiae adhaesivae postquam amotae sunt, quae exhibitioni et viribus reme-

diorum nocere possent: Quo citius dispelitio perfici poterit, eo plures causae dantur, ut sanitas completa obtineatur. Si mors tamen (omnibus his susque deque pensis) absolute et ex rerum indole indiscriminatim profluat, multae exstant rationes judicandi, activam exhibitionem medicamentorum mortem posse accelerare; per se illa bene instructa medendi ratio mortem nunquam adferet. Opprobrium mortis Medico quod infringatur, non necesse est, acceleratio mortis vero curae Medicinalis sequela erit: Active versari in cohibenda vel refrenanda conditione anxia Aegrorum; Idaea existentiae perditae Aegrorum societati humanae, imo omnibus rebus et factis, quae momenta illa ultima adhuc Aegris, et cognatis sanguineis et Amicis, privatis et publicis cariora reddere possent, Absentia horum omnium, Imo activum agere in accelerando probabiliter morte pro momentis, in quibus nequidem Ipsa Theosophia ullum solatium amplius praestare valet, mihi videntur Rationes et causae sufficientes ut Ratio medendi ultima praeferatur: *Nos* qui hanc rem pretiosam cum animo attento deliberavimus, *fabimur.* — Medicus Practicus potest vel debet ad morbos symtomatodes in sanitatem et in mortem usque Activum agere.



CAPUT OCTAVUM.

---

§. XXX.

PRINCIPIA PHYSICA.

Uti saepius conspicietur, Medicina si serius vult, magnas et stabiles utilitates sibi commendare potest, ex conditionibus morborum se Ducente Directione gentili offerentium. Qua quidem in re tantopere Theoria medica errat, quam in enodandis qualitatibus symtomatum morborum? haec tamen etiam sub universali Directione saepe adeo sunt notabilia, ut morbos essentiales a quibus dependent, omnino obnubilent et obfuscent, et ab Adstantibus postulatam Prognosin Medici, saepe male evenire faciant: Sub Gentili directione apud quam symtomata tam completa quam possibile est, offenduntur, in cujus directionis morbis, ad symtomata omne essentiale morborum determinatur, ex affectionibus morbosis Partium;

concludi potest ad Perpetua, etiam in statu sano praesentia *Principia physica* (Chyloium). Principium lacticum *) exempli gratia in Abdomine; quidem semper praesens, tamen nunquam nisi ab hac nostra nova constitutione Epidemica dilucide indicari et extra dubium poni potest.

§. XXXI.

DFFINITIO PRINCIPII LACTICI MORBOSE AFFECTI VEL STIMULATI.

Visibilis spastice contracta diminutio voluminis Abdominis, sensum corpulentiae et flatuositatis Aegro communicata cum aliqua febricitatione, est affectio morbosa Principii Abdominalis vel lactici.

§. XXXII.

Casus affectionis recentis Principii Lactici.

Femina annum agens quadragesimum vel paululum ultra, ut per breve tempus indisinenter gravissimis animi pathematibus indolis deprimentis exposita fuit, cito aegrotat: Con-

*). Unusquisque qui functiones magnorum et momentosorum illorum viscerum abdominalium, omnium a Peritonaeo cinctorum omnium conficiendo Humori lacteo (chylus) mox in sanguinem verum mutando, et dicatorum, et occupatorum, recte aestimare novit, vocabulo huic electo lubenter nomen suum nobiscum subscribere velet.

ditio febrilis universalis adest in hac aegra, appetitus dejectus, alvus saepius lenta, est adstricta; Respiratio molesta; Conditio spasmodica morbosa Regionum abdominalium, Lumbalium, et Hypochondriacarum, quae a Balaenario forti, in illam conditionem retineri videtur, continuo adest; digitorum tactui duritiei sensum imprimens, praecipue incipientis supra cristam ilei et ad costas spurias determinatae: Una adest tumor oedematosus pedum: Venae sectio quae indicata videtur, ob datas circumstantias domesticas, non instituitur.

Praescribitur Aegrae.

R. Infus fol. sennae ℔j ex ℥ β
Nitratis potassae ʒiv
Extract. Tarax. ʒvj
Rob. sambuc ℥iʒ
m. d.

S. Omni bihorio semivasculum.

R. Flor. sambuc
Flor. chamom. aa m. 2
Rad. Liquir. scissae ʒiʒ
m. f. species

S. Pro Thea.

Et simul acquirit Aegra spiritum vini camphoratum: ad crura lavanda et fricanda: Haec sanitatem restituerint.



CAPUT NONUM.

---

§. XXXIII.

MORBI ABDOMINALES GASTRICI.

Morbosae affectiones abdominis sub gent. Dir. sunt vel morbi generales, scilicet morbi corporis universales tanti quanti aut pro parte intra et ab organis gastricis resolvuntur, (Labes gastrica, morbi gastrici,): vel sunt morbi Partiales vel morbi speciales particulares hujus tertiae magnae corporis cavitatis, et ad hujus cavitatis organa vel potius ad Abdominis partes constituentes ex facto confiniuntur; De qualitate morborum ultima *Diarrhoea vel Dysenteria cruenta* Exemplum praebuit perquam annotabile: sicut nos vidimus ad morbos partium constituentium Pectoris, quod partes illius cavitatis se magis magisque constringerent, omnia in se occludentes; tantopere, ut Func-

tiones Pectoris cavitatis propriae, impeditae, saepe mortem subitaneum et directo prostantem minitarentur, si Aegris non in Tempore opes necessariae praeberi possent: Cum Affectione Abdominis harum affectionum morbosarum Pectoris simili, vel harum valde affini, omnino contrarium obtinuit: Reactio morborum se hic exceruit viribus eminentissime protrusivis; Post Aegritudinem horarum modo paucarum, imo post morbositatem forte momentorum nonnullorum, Aegri per Diarrhoeam, libras ℔ ℔ sanguinis non raro amittebant.

Sequens medicamentum aeque ac illud in casibus Diarrhoeae gravibus, vel Dysenteriae etiam in casu, obtinet, secessum illum intestinorum cruentum optime cohibuit.

R. Pulv. rad. saleb. ʒij
Syrup, Papav. alb, ʒvj
Tinct. cort. cinnamom. ʒij
Aquae coctae ℔j
m. d.
S. Omni bihorio vasculum.

Spasmus lenis ad Direct. univers, Diarrhoeam excitare valet, fortior spasmus se magis excerit constrictionibus et Tenesmo; causa morbifica ad Direct. gentil. quae valet intra tam breve tempus talem inexspectatam quantitatem sanguinis educere, certo non parvi

aestimari debebit; constrictiones et Tenesmi vero vix dabantur; Discrimen affectionum morbosarum variarum partium corporealium sub eadem Directione gentili sponte quasi sua spectabile redditur; maxima quoque et Differentia cum talibus affectionibus ipsarum illarum corporis partium quae ad universalem Directionem fiunt, in utrisque casibus deprehen ditur.

Labes Gastrica.

Medicorum Princeps Hippocrates opera medica Posteritati reliquit, quorum nulla paria sunt inventa; Multiplices variique Medicinae conspectus, quos ille Parens pertractavit, hodie aeque ac suo quo confecti sunt tempore, ante *tot* secula; similia merita conservaverunt; quae et in omni tempore conservabunt: Licet nos Merita Medicorum post Hippocratem serioribus temporibus viventium, non omnino negligenda esse censeamus, ex quibus Medicis tantum vocabimus exempli loco *Galenum*, metallicorum multorum medicamentorum vires et usum postea oblivioni traditos, nostris praesertim temporibus de novo in generis humani maximam utilitatem erutos, qui tam bene noverit, exhibuerit et docuit; Ex quibus et vocabimus *celsum*, Praecepta medica et Diaethetica tam praeclara

qui dedit; morbos tam externos, quam internos, qui non solum recte cognovit, sed etiam hos bene curavit, quamque suam curandi solertiam vel suum curandi modum Nostri adhuc mirantur; certum tamen est, magnum olympiadum numerum post Hippocratem praeteriisse, antequam. Via ab Hyppocrate strata, a Medicorum multitudine ingressu sit electa: Via putatur, quae Naturae opera recte observare ac justo dijudicare monstrat; E. Posterioribus qui Hippocratem sequi aemulabantur, nominare non incongruum videtur *Sydenhamum, Boerhavium*, et quem (Salvis aliorum medicorum multorum meritis) scopi nostri exsequendi comprobamus *Pringlium.* Praestantia Medicinae hodiernae quae in quovis casu confestim opem activam Aegris adferre et potest et audet, utpote quae organismi animalis virium Reagentium aut abundantiam, aut Deficientiam, in morbis computat, et salvis reliquis morborum Praestabilitatibus, tutius operatur, haec medicinae praestantia, nolens volens, Brunium (Brown) aestimare debebit, ut talem qui Aedificio a suis Discipulis ipsiusque primis Asseclis corrupto, (devastato,) a coaevis nostris repurgato, (altius de novo erecto,) ampliato prout Res requisiverunt, vel coarctato, primum fundamentum subjecit: Quamvis quisque Medicus bene

eruditus hac sua Doctrina medica fundamentali, qualis repurgata Doctrina Brunoniana vel potius quale Emendatum systhema hodiernum medicum fundamentale (Die Errhegungstheorie), est, gaudeatur, Nemo tamen hodiernorum Medicorum bene eruditorum inquam amplius putavit, esse in illa Medicinae Praestantia commorandum et acquiescendum: facta experimentalia hodierna esse negligenda, atque anteriorum etiam veterum et vetustissimorum Medicorum observationes et Ratiocinia esse contemnendos; sed in via illa esse procedendum putarunt; Via Hippocrates quam indigitavit, quam sydenhamus est ingressus, quamque multi Boni obambulaverunt, Via illa fere sola est, quae ad bonam experientiam ducit; *Hac via, illa experientia* (Nostri affirmant) ad opera Naturae ducimur, ad quae nulla Doctrina systhematica vehere unquam potest; Hanc viam secuti, certiores fumus facti, dari in Rerum Natura, in magno Naturae Laboratorio facta, quae licet non semper Phaenomena a captu humano comprehensibilia, neque a Doctrina humana justo dijudicanda, suppeditent, non parvam tamen, saepe quidem maximam attentionem facta haec merentur: quid enim nobis explicat causam, quare morbi nunc hanc nunc illam Indolem, nunc magis hanc, nunc magis illam naturam ostendant,

nisi illa eruatur scientia ex datis, quae, ducente experientia, Influxus varii extra nos existentes, quos non omnino Doctrina mentalis explicare valet, excercent, in morborum Existentiam non solum, verum etiam in illorum Indolem: *) Hujus rei obscurae dantur facta explicabilia, et dantur facta inexplicabilia; cujus ultimi generis haberi possunt prae reliquis illae morborum formae, quas Nos subepidemias, Epidemias interpositas vocabimus: ita verb. caus. quoddam Anni Tempus quod morbis in genere Inflammatoriis favet, uno tempore hanc vel illam corporis partem per excellentiam affligi sibi approximatur, ita uno illo tempore multi morbi similares, verb. caus. Encephalitides vel Diaphragmitides conspiciuntur et observantur, quod anni tempus alioqui vulgo Pleuritides et Peripneumonias sistitur; ita e contrario certo quodam tempore Abortus tanquam vulgarior morbus a nobis est deprehensus; ni fallor praecipue extitit hic morbus, vel abortus saepius observatus est, quando stasis Epidemica morbis in *Astheniam* vergentibus, de industria favebat: Ad facta explicabiliora referuntur exempl. caus. morbi, ex mutabilitate aeris Temperiei, ex varia

*). Qui ergo influxus eorumque Propritates et effectus, attentionem Medicinae omnino et merentur et requirunt.

Aetatis periodo, e sexus varia Periodo vel discrimine, e Temperamenti Relatione, ex clymatis influxibus et Annorum volvimentis, qui derivari possunt, vel debent.

Pringlius Medicus Anglus Exercitui anglicano, ad dimidium aevi decimi octavi Nostrae Patriae accubato, qui cum Arte sua et praefuit, et opem magnam attulit; certe quidem pleniori jure inter illos Medicos recensetur, qui hac de re magnopere sunt meriti; Ille Medicus, hic Auctor, eo magis a nobis erit comprobandus, quoniam observationes et facta illius Medici, maxima pro parte in Nostrae Patriae, in nostrae Regionis conditiones morbificas, respiciant; Suntque praecipue Annorum volvimenta eorumque inde profluentes morbi, comparati cum Aegrorum conditione et Aegrorum corporis varia constitutione; quas Aegrorum conditiones et quas Aegrorum varias constitutiones corporis, ille Auctor sub variis tempestatum mutationibus, maxime variantes repertus est, quae has suas observationes et suam curandi rationem stabiliverunt; fuerunt praecipue illae nostrae Patriae Plagae, in quibus Pringlius observationes suas fecit, et factis his, perquam bonum est ratiocinatus non tantum, sed etiam optima cum sequela morbos curavit,

morbos scilicet qui Nostrae propinquitati valdopere aequales censeri debebunt, fuerunt certo Zelandia et Brabantia. Zelandia, et illae Brabantiae quae partes cum caeteris illius Provinciae comparatae decliviorem situm habent, fuerunt uti diximus Plagae, quae in opificiis suis medicis Pringlium praecipue occupatum tenuerunt; Unusquisque Homo etiam non Medicus Elegantem illum Auctorem qui inspicit, statim perspiciet maximam illam nostrae Plagae convenientiam, quod ad situm, *) telluris species, *maris propinquitatem* etc. attinet, cum dictis Zelandiae et Brabantiae conditionibus, ita ut et a priori jam concludi possit, similem dari debere convenientiam, quod ad nostrae constitutionis topicae statum morborum spectat, cum dictis illis etiam nostrae Patriae Plagis (Zelandiae nempe et Brabantiae): praecipue si apud nos, Tractum Groningae mari vicinum inhabitantes paululum de morborum gravitate detrahimus.

Nos autem in omnibus punctis Pringlium sequi cum non possumus, utpote quod non adeo Necesse est; prae reliquis comprobabimus ejus Auctoris medici divisionem illam, quae, quod ad morborum conditiones varias proflu-

---

*). Declivum et insalubrem prae Elevatioribus et arenosis, hujus nostrae etiam Provinciae Locis.

entes, ex anni Tempestatum commoditatibus aut incommoditatibus, vel minus vel majus Humanitati infestantibus; causas morbificas multiplices adferentibus, unam anni temperiem ab altera tantopere destinctam, et distinguendam, suam facit; Divisio illa Experientia ab omni aevo comprobata, quamque nos volumus, est maximi momenti; est illa morborum Divisio, quae discernitur morbos, in *Vernales* et *Autumnales.*

Corpus humanum animale liberiori et saepe quidem incitatiori motu quo fruitur, tempore aestivo calido et quandoque fervidiori, cum sanguinis motu adaucto, in Perspirationem assidue adauctam vel diminutiorem, continuo tamen activiorem ductum, Humores circum vehit fluidiores, a causis dictis aestati peculiaribus, rarefactiores; cum adaucta siti et potatione, magnis et multis mutationibus quotidie submissos, salibus alcalinis et terrestribus aliisque acrimoniis minus mobilioribus scatentes; quae omnes corporis qualitates insequente Autumno haud parvam variationem subeunt; corpus enim motu suo protracto, nunc ab aura frigidiori nonnunquam haud leviter adspiratur; Perspiratio de tempore in tempus retinetur; quae proprietates Autummi inimicae, procedente anni tempore, sensim numero et

intensitate augentur, corpus humanum Balneo Aestatis continuato usum, Autummo fibra laxiori gaudet, et conditione nervorum fruitur mobiliori, Frigida aura autumni haec systhemata corporis, cutaneum et musculosum vel nervosum systhema, ingrato sensu afficit, Humores acrimoniis scatentes et aestate rarefactos, nunc prout anni tempus procedat, volumine coarctabuntur; Perspiratio quae Aestate Humorum volatiliora secum sumserat, et terrestria post se reliquerat, a perpetua sua activitate orbatur, volatilia et terrestria connubium inire intimius inter seinvicem et cum corporis latice vitali coguntur; Synthesis illa animalis chemica a causis accedentibus validioribus fibram corporis laxam et systhema nerveum mobilius exquisitius ferientibus, non raro turbatur; cum minori activitate vel cum abnuentia organismi conservatricis Processus ille sibi relinquitur; corrumpuntur humores, et causae illae ingratae agendo procedentes, efficiunt, ut oriantur morbi, qui Humores alteratos abundante saepe copia extrorsum erumpentes, monstrant, Ab Insurrectionibus organismi quandoque graviter tactae, aut plus aut minus activis in actum ductos, morbos et febres nostras autumnales producunt; utpote quae causae praedisponentes et occasionales enume-

ratae a constitutione nostra topica tam genuino characterisentur: hae causae prolatae invicem in semetipsas agentes, raro omittunt, quin morbos autumnali tempore multipliciores sistant; et organorum Gastricorum systhema, quod functionum (Perspirandi) autumnali tempore pro magna parte occlusarum Negotia, in se suscipere et perficere cogitur, utpote quod et focos degenerationibus Humorum inquilinorum multorum tantopere faventes, ita verb. caus. Hepar organum Bilis secretioni destinatum, in vicinitate sua vel illa *intestinorum Tractus* locatos qui habet, est operarium, quod illo tempore maxime laesum deprehenditur. Cum causis vero praedisponentibus illis et occasionalibus, leviter quas tetigimus, Effluviae variae noxiae nostrae soli Plagae propriae, E Maris vicinitate, ex Argillaceis telluris speciebus, ex Aquis stagnantibus etc. deductae, Nebulae mephyticae e posterioribus dictis causis derivandae, vel a Tellure ex aere atmosphaerico ut illi affines, attractae, haud contemnendam Incolis nostris, hisce morbis subeundis, conciliant opportunitatem.

Ut vero talis putata morbositas generalem nostrorum Hominum Reactionem organicam producat, incognitum quid (Hippocrati το θειον). requiritur, et datur, quod incognitum Mens

humana raro prosequi valet; Constitutio topica fere semper eadem, sibi habuit morbos, vel Diathesi nunc phlogisticae (Boerhave) nunc Nervosae (Michel) magis amicos; autumnales vel vernales, aeque colluviem gastricam (Biliosam) monstrantes: Aestas fervida morborum agmen aeque dives, non semper quotannis ostendere solet; idem de magna siccitate vel majore humiditate dicendum; Quid itaque specialiter Epidemias efficiat, incognitum est; Scientia humana tantummodo ostendit causarum relationes, hisce factis (aut magis aut minus) faventes; Si accessus maris quilibet modum summopere excedentes multos Agros multaque Arva Diluvio obducentes et stagnationes multas post se reliquerint, Aquam Incolarum multorum potabilem, multo minus salubrem faciuntes; et grana esculenta illorum insolubria si fecerint; Annus huic Arvorum Diluvio proxime succedens, si Aestate maturiori cum majori ferviditate se distinxit; Si haec facta Epidemiae Anni 1826 majorem occasionem praebuerunt, remanet quaestio, unde Ratio sit petenda, quae indicabit, quare haec Epidemia se in multis (in omnibus quidem) Punctis tantopere a consuetudine vulgari distinxit; ita verbi causa Epidemia anni 1807 quod ad multitudinem Aegrorum, commode cum illa Anni 1826 aequiponi

potest, Indoles morborum tamen illarum duarum Epidemiarum admodum diversa deprehenditur: Ex Diluvio arvorum illo, ipsiusque sequelis; ex Aestate fervidiori, ex his solis, qui hanc Epidemiarum Differentiam derivandam putant, a vero abesse, nos putamus. Praeterquam quod sub auspiciis insolitis Epidemia Anni 1826 initium cepit, utpote *Pluvia ingens* ferviditatem Aestatis primiparae quae excepit, morbum Epidemicum conspiciendum primo dedit; Qualis aeris Tempestas, universalem Dispositionem morborum subeundorum, Incolis vulgo demere solita est. Quamque postremam tempestatem pluvialem fervidiori et sicciori temperiei successam, cum multis nostratium Pringlius sanitati Incolarum nostrorum faustam habuit. Inconvenientia phaenomenorum morbosorum cuique Epidemiae citatae peculiaris, ergo non potest e datis factisque assuetis conferri.

Sed alteram originem ut suam agnoscit Peculiaritas illa, quae Epidemiam 1826, ab illa 1807, distinxit.

Phaenomena insueta quae morbi, anno 1826 proxime praecedentes, monstraverunt, qualia insueta phaenomena, *carditides, scarlatina*, caeterique notificaverunt, ex alio fonte igitur peti debebunt, quam quod morbus remittens autumnalis

omnia illa peregrina phaenomena illi Epidemiae vel anni 1826 propria verificare posset. Decursus et eventus morborum saepe minus consuetorum, (carditis), morbis 1826 proxime praecessorum, et phaenomena admodum insueta praestantium (scarlatina); in peculiare quid respicere potuerunt: Curatio Morbi Epidemici (Gastrici) 1826 symtomata prae morbo populari (essentiali) quae anteposuit, Medela morborum pectoralium quae Principium alterum thoracium e Pulmone in Pleuram migratum vidit, cura medica quae dislocationem Reactionis utriusque systhematis nervei, indeque dependentia phaenomena morborum tam in suo ipso systhemate, quam in pluribus morbis variantia, conspicua esse animadvertit; et innumera alia passim obvenientia, cum speciali illa massae humoralis infectione comparata, Directionem morborum maxime insolitam, vulgari Directioni morborum omnino oppositam, luculentissime indicare potuerunt; Absurdum itaque et nefas haberi debebit, haec omnia velle negare.

Differentiam vel convenientiam Epidemiarum citatarum, quarum altera Biliosa*), altera Gentilis fuit, si sibi relinquamus, cum om-

*). Datis causis propitioribus 1807-1808 aliquoties febris flavae americanae faciem morbus praebuit; illud factum est, post Paroxysmi annui diuturnitatem.

nibus calamitatibus quas clades anni 1826 cum suis praegressis et cum suis sequelis secum tulit, Medicina laetabitur; utpote quae Ars et scientia ad Epidemiam gentilem vel ad Paroxysmum Epidemicum cum Directione illa gentili conjunctum, lucri faciendi causa agens, non diu frustra mercata fuerit. *)

Si Aestas et Autumnus cum suis secum ductis tempestatum qualitatibus propriis, corporis humani organisationem quo vidimus modo, laxiorem, sensiliorem et acrimonia Humorum abundantium scatentem, post se reliquerit, sic Hyems a suis insecutus temperiebus, alterum lusum cum Homine luditur; frigus et tempestates sensim ingravescentes, hominem non injucunde invitant, ut opificia sua domi tractentur: et Aestas quae Hominem jucunditatis ergo Prata et vias deambulare persuasit; qui segetes, qui Arborum frondes, qui aquis claris pisciummotus saltusque varios admirandos dedit; et hac de re motum quandoque jucundum corpori humano praebuit, ab Hyeme vicariata est, clienti suo post labores peractos et quietem, et ignis focum qui monstrat; qui foras Prodeunti rerum agendarum causa, vel Naturae opera

*). Prodromi annorum praecedentium enim Directionem gentilem omnino verificare non potuerunt; Morbus anni 1826 et *succedentium, quam omnino eclaruerunt.*

gelida visitandi ergo et admirandi, non raro more valdequam ingrato obambulat: hae quidem causae, nisi Permutatio vestimentorum Aestate leviorum, Hyeme graviorum Justam aversionem perficeret, illis praesertim temporibus, cito nonnunquam viatores suos incuratius agentes, vel tempestatum injurias negligentius curantes, male vulgo afficiunt; Frigore hyemali non tantum Perspiratio illa sensibilis Aestatis cohibetur, verum et Perspiratio quae insensibilis (Perspiratio sanctoriana), adeoque Hominis saluti maxime necessaria est, haud infrequenter retinetur; qui fibram constringit, qui Humores condensat corporis, eorumque fluiditatem majorem minuitur, hisque motum segniorem sed validam conciliat; soliditatemque Ingerentium prae fluidioribus qui adamat Hyems; corpus humanum nunc sub Protectura sua saepe atroci habet. Fluida Aestate extrorsum vel ad corporis superficiem agitata, Hyeme ab illa superficie corporis abacta, introrsum compelluntur, vasa serosa evaporantia, Pori cutanei, interdum ingratissime occluduntur, retinetur materia perspirabilis; quae retentionis affectio ingrata vel cum systhemate seroso lymphatico et musculis pariter nervos tacta communicatur, (ita v. c. influenza vel catarrhum, vel sensibilitatis susceptionem, saepe excita). Dolores Rheumati-

cos, vel prout et causa activa et corporis affecti conditiones illud habent, vel stases morbosas (Inflammationes), vel motus abnormes systhematis vasculosi et sensiferi, Febres excitat; et quoniam inter omnes partes corporis, Pectus harum variationum maxime particeps deprehenditur, non mirum est, quod hoc cavum cum hisce morborum conaminibus, plurimum reperiatur morbose affectum; Sic uti notum est, praesertim tempore vernali Respirationis organa saepe multum a causis Hyemali tempori praegressis, et a causis Hyemi succedentibus, patiuntur.

Pringlius observavit morbos nostros hujus temperiei vernalis Epidemicos praecipue esse.

I. Catarrhum et Tusses catarrhales.

II. Inflammationes, ita Pleuritides, Peripneumonias, et cum his Febrem ipsam inflammatoream.

Qui tamen omnes morbi illud commune habent, quod fere in omni casu complicationem Rheumaticam monstrent cum inflammatoria conditione junctam, ita ut et primo dicti morbi cum secundis, et secundi cum primis vicariam Habitudinem praebeant.

Si verno tempore morbi organici Pectoris praedominium tenent, morbi autumnales exquisitius in organa Gastrica respicientes, Naturam dynamicam prae se ferunt; et Febrium ex-

acerbantium et remittentium sub specie se excerunt. Observante quoque Pringlio, qui morbos autumnales nostros febres remittentes et Intermittentes esse dixit.

Non tamen Distinctio morborum tam vernalium, quam Autumnalium adeo est exquisita et stabilis, ut non saepe (quotannis quidem) morbi organici vernales Naturam Dynamicam Autumnalium morborum prosequerentur; et e contrario, ut non morbi dynamici autumnales, Dominium morborum vernalium organicorum sibi adscissere consuevissent. Febres autumnales nostrae remittentes gastricae (Biliosae) non tantum saepe habitum Inflammatorium assumunt, et cum labe catarrhali conjunguntur; non tantum febres illae autumnales remittentes secum conjunctas habent varias inflammatorias et catarrhales organorum gastricorum morbositates, utpote hujus cavi et horum autumnalium morborum propriores; sed etiam saepenumero cum talibus organorum pectoralium aegrimoniis copulantur: ita dantur verbi causa Pleuritides et Peripneumoniae, Biliosae, Gastricae; tempestatum vel autumnalium, vel vernalium ordinem, saepe minus anxie curantes.

Si morbi dynamici antumnales saepe affectionibus organicis, etiam pectoralibus, se applicant, morbi organici vernales haud minus saepe

naturam ac Indolem dynamicorum morborum autumnalium sibi adsciscunt; ita ut non solum morbi pectoris generales, (*catarrhus* cum febre sua peculiari) Biliosam gastricam complicationem subeunt, et quod ad topicas pectoris affectiones spectat, non raro Tussis detur, quae revera causam gastricam agnoscit, sed etiam quod febres remittentes *gastricae* vernales Phaenomena valdequam familiaria sint, Experientia quotidie fere confirmatur.

Uti nos vidimus Pringlius ad morbos Epidemicos vernales retulit *catarrhum, Inflammationem.* Idem ille Auctor ad autumnales morbos Epidemicos retulit *Febres Remittentes* (Biliosas gastricas, et *Febres Intermittentes.*

Si morbi nostri Epidemici, Aere (ut nos ita exprimamus) sereniore, laetisque Tempestatum et vitae generis cum conditionibus, hanc quam diximus Depicturationem imitantur, et hunc dictum cursum sequuntur, talemque stasin generaliter Phlogisticam saepe monstrant, qualem et Boerhavii tempora medica praecipue exornavisse videntur; Nostri morbi Epidemici Aere (sit venia verbis) nebuloso tristibusque Imbrium et vitae generis cum conditionibus, (Teste Docto Jan Petersen Michel) stasin nervosam priori dictae stasi oppositam, diu quidem etiam monstraverunt.

Cum nos autem in opusculo nostro passim vernalium morborum et etiam autumnalium conditiones organicas, vel morbos illarum temperierum topicos consideramus accuratius; et solummodo cum nostrum est officium, hasce conditiones tangere, quatenus cum Directione morborum hodierna gentili, vel conveniunt, vel ab ea deflectuntur, restant morbi soli Dynamici (quos diximus) cum simili respectu pertractandi. Suntque hi praesertim.

Febres Remittentes et Intermittentes.

Ob Frequentitatem qua Febres nostrae tam vernales. quam Autumnales, Naturam ac Indolem Intermittentium febrium assumunt, dubium videri potuit utrum Naturae Intermittentium utrum Remittentium febrium Honor sit tribuendus, constituendi febres nostras Epidemicas; Vidimus autem colluviem gastricam esse, quae morbis nostris dynamicis, ex Aere, Annorum volvimentis etc. derivandis, signum Identitatum suarum imprimit; quod licet saepenumero signum illud, nunc conditione morborum catarrhali (Rheumatica) nunc phlogistica, nunc iterum Nervosa vel et putrida conditione *)

*). Distinctio morborum autummalium minus exquisite Pringlio est in *Putridos*, qui morbos vernales *Inflammatorios* dixit.

obnubiletur, sic Pringlii altera observatio non tantum in hac re multum lucis affulsit, sed haec sua observatio rem haesitantem extra omnem dubitationis aleam posuit; Hac Pringlii scilicet observatione constat, quamque observationem nos quoque saepissime ad Aegrorum lectulos confirmatam vidimus, constat scilicet hac observatione, quo magis vel potius quo melius morbi illi febriles Remittentem suam Indolem ostentant, eo cum majori certitudine ad Indolem simul gastricam vel in colluviem sordium primarum viarum concludi licet; quod autem saepe conditio concurrens phlogistica, catarrhalis, nervosa, vel etiam Indoles intermittens hanc colluviem gastricam vel retinet, vel Praesentiam illius occultatur, aeque Experientia comprobatum vidimus: Postremum illud vel occultationem sordium gastricarum vigente Directione Gentili prae caeteris, vel plurimum: et Retentionem colluviei gastricae prae Univer salis Directionis frequentissime obtinuisse, mox conspicietur; Remittendi naturam vero prae Intermittendi, nostris Dynamicis febribus Epidemicis competere, nos non sine causa statuere putavimus; Illud tamen non impedit, quod intermittens nostrarum febrium frequentitas, quod natura intermittendi febris illius, contemplatione nostra vel quidem maxima nostra

admiratione, et in genere quodmaxima attentione digna sit. Praeterea quoniam illa febris species saepissime cum colluviebus gastricis variis cum labe catarrhali etc. coeat, et hisce conditionibus accommodata medendi Ratio postulatur, antequam febrifugorum medicamentorum utilitas tuto possit tentari; quae febrifugorum (Corticis peruviani) *utilitas* in sola hujus febris specie *specifica* reperitur, (sine rationibus medendi diversis tam communis quae dicitur, quam praevertens quae habetur (opium), illi morbo Dir. gent. quoque valdequam accommodandis, proferendis), ita et non incongruum erit, Pauca adferre de Natura febris Intermittentis, quam egregie dixit clarissimus E. J. Thomassen a Theussink: Haec itaque pauca verbotenus sequuntur.

De Natura febris intermittentis disputatur, morbum asthenicum esse Brunoniani perperam credunt; cum haec febris forma et cum sthenica et cum asthenica corporis dispositione consistat; miasma aliquod paludosum ipsam corporis substantiam penetrare, et huic formae ansam praebere, vix credimus, potius putamus illam materiem quae ex Paludibus exhalat, graviter afficere ipsum systhema nerveum, Illudque ad Periodicas illas Reactiones systhematis vasculosi excitare, atque hinc ad amplectendam Hufelandii

opinionem ducimur, statuentes, Essentiam febris intermittentis esse propriam Anomaliam V. V. systhematis Nervosi, quae cum systhemate vasculoso communicatur, et hanc febris formam adsciscit; Periodice enim recurrunt morbi quivis nervosi. Tantum.

Febris Remittens Directionis Gentilis.

Si denominatio febris remittentis Un. dir. Grantio *synochus imputris*, comprobabitur uti comprobari potest, haec denominatio praeprimis respicere debebit, in symtomata vel phaenomena, quae hunc morbum verno tempore solent comitari; vel in complicationes illius morbi, minora signa putredinis (status asthenici putridi), majora signa Energiae (status sthenici inflammatorii), commonstrantia.

Si denominatio Pringlii, febrem remittentem morbum putridum dicentis, comprobari poterit, ante omnia respiciendum erit, ad hujus morbi sequelas; in illius morbi decursu praecipue observandas: quae autem Pringlii, sententia, cum magis directo fundata deprehenditur, in conditionibus castris familiaribus et Praerogativis; utpote, quae conditiones praecipue in nimiam hominum frequentiam vel nimiam

hominum multitudinem arctius collatorum et diversimode aegrotantium, in Immunditiem castrorum vel in Nosocomiorum militarium varias incommoditates etcaet respiciunt, ita ut sub talibus conditionibus non mirum sit, quod catarrhus intestinorum crassorum (Dysenteria) malignitatem acquirat notabilem contagio propagandam utpote, quae proprietas contagiosa etiam cuivis fere gravedini cum minoribus rerum circumstantium minis propria est; sed quoque quod febris remittens autumnalis hisce cum conditionibus indolem haud raro putridam induatur *), vix est quod admiremur: cum Autumnus omnia tam animata, quam inanimata, in putredinem vergere solet. — Febres remittentes vernales nostrae majorem inclinationem vulgo in Indolem inflammatoriam; Autumnales inclinationem majorem in statum nervosum saepius habent.

Haec omnia tametsi in febrem remittentem Direct. gentil. quodammodo dicari possunt, tamen haec febris ad Gent. dir. se tam peculiariter gessit, ut propria et speciali contemplatione valdopere indigeat.

---

*). Haec morborum conditio est magis praecipua earum, quae et Pringlii opera omni tempore laudabunt.

I. *Proprietates Generales morbi gastrici.* D. G.

In prima explicatione morbi gentilis monuimus, complicationem gastricam se quantum posset occultare; symtomata mederi, saepe curam totam perficere; quae medela symtomatum certe prima morbi curandi Indicatio est, uti dehinc etiam in hac § videbimus; Aeque autem vidimus, quod morbus Generalis ille gentilis directionis, illo in tempore per certam medelam regularem, ita vs. Nitr., sal ammon. saepe praegressis, praecipue vero per medicamina sequentia, per salia neutra, laxantia, antiphlogistica, ita sal mir. Glaub. sal Ebshamense etc. combinata cum extractis resolventibus, Extract Taraxici, Graminis etc. vel in morbum gastricum verti possit, praecipue si confestim neque sanitas Aegri, neque Gastricismi notae evidentiores huic symtomatum amotioni successissent, ita ut Planum illud medicatorium vel electum vel datum (Tractus intestinorum) Reactione antagonistica vel morbum generalem gentilem summoveret, vel accumulationem sordium per Emetica vel per Purgantia deinde amovenda, in se susceperit, et cum his morbi causam profligaverit; quod autem curandi hujus morbi popularis gastrici modus, cum conditionibus corporum Aegrotorum, priorum condi-

tionibus quodammodo oppositis, et savente alio Genio Epidemico, prae vs. et (Nitro) corticem peruvianum, vel quandoque et ferrum; prae salibus neutris alcalinis, salia terrestria carbonatem magnesiae, pulv. lap. cancror cum Rheo; prae extractis resolventibus extracta amara, extract centaur minor exquisiverit; eumdemque sanandi morbi scopum ut attingeret, quod planum medicatorium corticem aurantiorum, calamum aromaticum, valdequam laudaverit, cum Indicationum punctis facillime conferri potest, quibus posteriorum factis formulis spiritus mindereri saepe cum Emolumento substituebatur.

II. *Synochus catarrhalis subinflammatoria.*

Constitutio Epidemica quae dedit spissitudinem massae sanguineae, cui Rheuma reperitur convasatum et Bilis alteratae quae indicia ubique secum circumfert, Epidemia, morbum sui generis non omnino cum febre nostra remittente convenientem, sub gentili Directione monstrare solet; ita Remissiones non raro irregulariores, frigore catarrhali vel Horripilatione intercedente interruptas, vel phlogosi nunc conspicue nunc minus claro prolongatas, sibi habet proprias; tamen vel sic ut denominatio nostra morbi illius frequentioris tam indolem

morbi, quam illius curandi modum, egregie in se continere, cum vera certitudine possit judicari; et cura quae ad febrem Erysipelatosam data est, quae in casu subphlogist. sambucum, sal ammon. et oxymel simplex in statu asthenico camphora valeriana comprobantur, locum hunc vacuum jam satis opplevit, adeo, ut exceptis laesionibus systhematis cutanei; et linguae atro colore (F. E.) excepto, *febris* in utroque casu eadem sit habenda; cujus species asthenica plerumque comprobavit sequentem formul. medicam.:

R. Camph. vj — 10 gr.
Solv. in
Sp. nitr. dulc. ʒij
Sal. mir. glauber ʒvj
Extr. tarax. ʒiv
Rob, Sambuci ℥ij
Inf. rad. valer. ℔j
m.

addi tantummodo posset, Implicationem nervorum in casu dynamico habitum febris inflammatorium non raro valdopere obscurare; ex qua disharmonia illa symtomatum in hoc casu statum asthenicum saepe simulans; ex qua sublata phlogosi, alterationes illae Encephali et nervorum,*) ex qua Natura intermittens illa

*). Fuit haud ignobilis vir quidam Argis qui se credebat miros audire Tragoedos, in vacuo laetus erat sessor

intercurrens vel febris Hemitritaeae frequentitas, aequo duci debebit, ex qua porro in casibus organicis cum hac febris specie aut majus aut minus combinatis, fixitas morbi spastica cum veritate derivatur.

III. *Febris quae revera Febris hepatica est fuit rarior quam vulgo morbus.*

Symtomata huic morbo genuina, verbi gratia Dolor et anxietas praecordiorum, Nausea, sapor oris amarus, lingua sordida flava, flavedo oculorum tunicae albugineae et anguli oris, dolor

Plausorque Theatro, caetera qui vitae servaret munia recto more. Horat. carm. Casum maxime memorandum et licet diversimode cum casu Horatii Poetae modificatum praebuit sub Dir. morb. gent. Certus Magister, febre Biliosa (Hepatica) qui aliquamdiu laboravit; licet evacuationes alvinae Biliosae satis superque tam per Emetica quam per Purgantia sint factae, et Aeger eatenus sit restitutus, ut officiis suis socialibus decenter fungatur, vel fungi possit, talis quidem fatuitas illi supermansit, ut Homo admirabiliora phantasmata sibi fingatur, quae nullam ducem tolerant; phaenomena biliosa adhucdum prae sentia non impedire potuerunt, quin medicamenta sopientia, quae ex, gr. opium et extr. Balladonae intensiva quatitate et quantitate habuerunt contenta, a medico consulente praescripta, illud morbi Biliosi phoenomenon in hoc Aegro citius debellaverint.

lumborum, dedolatio et gravitas praecipue artuum inferiorum, lumborum, femoris et genuum urina brunnea jumentosa, cephalaea imprimis frontis; symtomata haec in febris gastricae hac specie familiaria deprehenduntur ad U. D. qui vero putaret in hac febre ad Direct. Gent. symtomata illa nuncupata cum ordine quodam offendere, maxime a vero abfuit; saepius unum horum signorum excellens quam plura morbo aequalia offendere, consuetum fuit; ita Dolor et constrictio Praecordiorum stupendum symtoma nonnunquam sistunt, quod symtoma in altero subjecto cum eadem febris specie omnino deficit; ita Dolor frontis, ita urina jumentosa, ita flavedo oculi etc. a nullo alio hujus morbi febrilis peculiari symtomate comitatae, signum ac Indolem febris hujus Remittentis gastricae annunciare volunt ac debent; et symtomata haec singularia causam saepenumero in se habent, quare et antigastrice agi debet, et cum fructu agi potest.

Ita quod ad intensitatem horum symtomatum.

Dolor lumborum labis gastricae symtoma fuit tanti momenti, ut amovendo huic symtomati Methodus medendi perquam refrigerans (venae sectiones Nitras Potassae), fomentationes refrigerantes resolventes (Schmucker),

Medelae antigastricae saepe anteire, vel cum hac combinari debuerit; in altero casu verb. gr. in constrictione magna Praecordiorum de qua post hac, demulcens medela quae tam externe quam interne facta, medela digestiva habebitur prae Antigastrica instituta, Palmam saepe priori in loco praeripuit; haec praeludia vel morbum plane tollunt, vel curae antigastricae viam sternunt.

A. Quod ad momentositatem Phaenomenorum.

Ita cum febre remittente etiam levi, vomitus symtoma fuit quandoque terribile; sine quod ulla alia signa gastrica adessent: Potio antiemetica Riverii suo more optime amovit hoc symtoma; haec medicina successa a medela alterante verb. caus. a Potione consimili qualis ad savoir faire notata est, in casu praesenti infusum levius sumtum, curam non raro completavit, absque Evacuationibus Artis ope peractis.

B. Quod ad Gastricismum ipsam.

Tam ipsi morbi gastrici quam medela antigastrica ad Dir. Gent. minoris auctoritatis quam ad un. dir. deprehenduntur; cura in morbo Gastrico saepenumero symtomatica est.

a. Vomitus et secessus Biliosi (gastrici) etiam re in vera saepe quidem dantur; vel Ex. loc.

b. Symtoma quoddam Gastricam morbi indolem indigitans haud infrequenter datur; verb. grat. Dolor frontis, vel lingua flava; In primo casu adjuvari potest tale phaenomenon symtomatosum, in secundo casu nonnunquam praevocari potest vel debet colluvies sordium gastricarum (Biliosarum); quibus in casibus haec saepe sufficit simplex formula medica.

R. Tartar Emet gr. viij
Sal mir. glaub. ℥j
Oxym simpl. ʒij
Aquae coctae ℔j
m. d.

S. omni hora vasculum vel semivasculum. Quae formula ad febrem gastricam gent. dir. non raro stupendam etiam copiam materierum (Biliosarum) eduxit.

Haec autem cura ultima nihil habet praerogativum prae medela illa praecedenti vel Antiemet: Riverii; cum in casu secundo aeque ac in primo medela pariter symtomatica duci debet; unum symtoma se praebuit vomitu *apparenti*, alterum Bilem vel sordes gastricas amovit; simili saepe cum eventu; in quovis enim casu evanescere vel persistere potest

morbus; in posteriori casu alteram curam, cum antigastrica minus convenientem, qui non raro nunc exigit:

IV. *Segnities tractus intestinorum.*

Morbus gentilis quandoque cum inactivitate majori tractus intestinorum combinatur, qui in subjectis laxis minus irritabilibus parum sensilibus, cum minoribus etiam gastricismi phaenomenis, vel potius absque accumulata colluvie gastrica, non a medela tractum intestinorum roborante, mederi potest, neque debet; verum in hoc morbo cura antigastrica evacuans continuo prolongata, et nonnunquam acriori modo tractata, curam totam perficere potest: statum febrilem in hujus morbi casu minoris vulgo curae fuisse, non dubitari potest; signa, catarrhalia vero Aegrum assidue vexantia, lentitudo phaenomenorum morbosorum; Gastricismi affectae, quod ad signa, simplicitas, satis superque indolem morbi cum *specie morbi Epidemici chronica* *) multimode affinem monstrant; quam morbi utriusque affinitatem curatio morbi nostri gastrici confirmavit: utpote qui aegrorum status in hoc morbo gastrico lentitudinem phaenomenorum non tantum se-

*). Vide sub. sp. morb. chron.

quitur, sed etiam Reactio debita si sequetur, haec medicamenta vi maxime intensiva postulavit; ita ut in hac morbi gastrici specie usus foliorum sennae, Radicis Rhei cum vel sine salibus laxantibus vel Resolventibus, cum extr. resolv. adaequate combinatus; qui in quibusvis alioqui Gastricismi casibus, vel qui usus laxans in casu morbi gastr. invalidiori, dando digestiva incitantia perficiebatur; qui, uti dictum est usus, alioqui suffecit, in hac nostra gastricismi specie saepe a sequenti massa pilularum vel alterari vel sustentari debuit ex. gr.

R. Aloes optimae
Sal Polychrest aa ℥ij
Sapon albi ℥iv
m. f. Pilulae d.
S. ter de die 5 Pilulae.

Haec formula massam Pilularum praebet, tam operandi modo, quam odore suo grato seryngeo perquam se commendantem.

Corrigendum prae Pellendum in morbo Gastr. Dir. Gent. saepe Praestat.

In multis aliis hujus staseos Epidemicae Gastricismi casibus, succurrendum potius quam Pellendum, praestat; Ita verbi gratia Tartar. Emet: valde dilutus nimiam pituitae secretionem emendat egregie, praecipue cum Extractis

resolventibus (Taraxaci) combinatus, qualis valde diluta Tartari Emetici solutio cum dictis extractis mirum bonum in infarctus puituitosos operatur: Etiam talis diluta simplex Tartar. Emet. solutio, observante Medico Appingedamensium docto G. Muller, vermium nidos optime destruit non solum, verum eorum eductioni maxime promovet, quae itaque simplex Tartari Emet. solutio diluta egregie vicariare potest Decoctum Hydrargyri quod omnino incertioris operationis est, et cujus vis antihelm. experiente chemia hodierna ab oxydati vel oxydulati Hydrargyri parte, quam tale Decoctum forte habebit est derivanda. Ita Tamarindi, et cremor tartari Bilem alteratam eximie corrigunt, vel medela generalis cum sale ammoniaco, spiritu Mindereri, vin. antim. Huxh. combinatur, quae Rheuma simul tollunt. Mala plura externa e morbo Epidemico remansa indolem Rheumaticam agnoscentia ita v. c. stupor crurum, per frictionem vel Pannorum laneorum calidorum vel sulphuratorum amadantur; vel ex usu familiari Indusii (hembdeflenel) immediate corporis superficiem obtegentis, generaliora talia incommoda saepe eximie corriguntur.

Proprietates Linguae speciales.

I. Conditio linguae splendida Radicem vel partes laterales hujus visceris quae occupavit,

magnam similitudinem cum vitro a sole ac Imbribus excocto, vel magnam convenientiam cum Impellucida noviter formata Glacie quae habebat, ostendebat morbi causam gastricam; tenacem, saepe cum aliqua sthenia conjunctam; conditio haec linguae splendidae cum phlogistico illo systhematis sanguinei statu frequenter coincidens, sequens tanquam utilissimum medicamentum comprobavit.

R. Nitr. pur. ʒij
Extr, tarax ʒiv
Rob. Sambuc ℥ij
Infus sennae ℔j
m.

II. *Conditio linguae* praecipue Radicis linguae *Lardosa* cum Pelluciditatibus intermixta, conditionem organorum gastricorum cognitam fecit, quae jam aliquamdiu adfuisse videtur; Leniter resolventibus medicaminibus praecipue melle, sale Polychrest, haec morbi conditio amovebatur, vel

R. Pulv. rad. Rhei
Sal. Polychrest
Extr. flor. cham. aa ʒiv
m. f. Pilulae.

cum utraque linguae proprietas specialis sequentem formulam saepe comprobabit.

R. Pulv. rad. Jalappae
Mel. commun.
Fel taur inspissat aa ℥iv
m. f. Pilulae

Annotatu dignum est, quod Gentilis directio saepe quantum possit, conditionem Gastricam celare cupiat, eamque obfuscet; In hanc conditionem vel in conditionem gastricam saepe plus e colore linguae ipsius, quam ex Indusio hujus visceris vel hujus visceris secretione est concludendum. Pro Linguae mucidae sulcatae substrato haberi sapienter potest Lingua glabra.

V. *Miasmata gastrica.*

Praeterea quae fiunt sub gentili Directione, quod multi morbi resolvantur intra et circa organa Gastrica, durante cursu morbi generalis Epidemici Gentilis, aperto satis, Duo interse invicem diversa miasmata morbosa internoscere et recognoscere potui; In eo convenientia, quod ambo in affinitate magna cum organis notabilioribus imi ventris versarentur; In eo dissimilia, quod horum miasmatum quodvis suum proprium eligeret organon, ad sedem suam capiendam; Unum capit Hepatem, alterum capit lienem; variant haec miasmata in modo existendi, et variant in modo agendi: Quod ad modum existendi attinet, concomitabatur miasma lienale odor foetidus valde simil i

odori quem modo captus Martyra villicus, viverra putatoria Linnaei (Nostratium Bonsem) perspirat: Miasma hepaticum se cognitum reddidit, odore valde simili odoris, qualis inter secandam abdominis cavitatem Boum modo mactatorum deprehenditur: Haec Miasmata non tantum in Aegrotis detegi potuerunt, sed etiam haud rarius offendebantur in locis, a congregatione humana distantibus; ita ut Ambulator attentus haec in suis ambulationibus nunc hic, nunc illic experiri posset; tamen vel sic, ut saepius idem miasma sive Lienale sive hepaticum, eodem in loco iterum experiri potuerit, quo ultima vel penultima vice inter ambulandum offenderat.

Polycholia. a.

A. Polycholia haec gent. Dir. duplici praesertim modo inficiendi systhematis gastrici adscribi debet, vel I causae quaedam morbosae generales Epidemicae ad organa gastrica specialiter determinantur: II. Infectio Miasmatum gastricorum in sua organa operabatur: *B.* Multum discriminis agnovit Polycholia haec pro variis imi ventris partibus affectis, num scilicet Hepatis num lienis obtinuerit Infectio specialior. In priori casu phaenomena acutiora et evidentiora, in casu posteriori Phaenomena magis occulta et chronica quae monstravit.

Ambo quidem haec viscera notabiliora Abdominis tam Hepar quam Lien talem situm habent, et tali constructione organica gaudent, ut etiam ex his solis Par Negotium in oeconomia animali utrique concedi posset: haec conclusio praecipue justificatur observationibus Pathologicis; Lienis functio lentior et praeparativa; Hepatis functio temporaria et agilis est: (Haec proprietas) hisce visceribus in statu sano attributa, haud minus in illorum Passionibus morbosis conspicua fit; Functionem autem Bilem parandi eamque in locum suum destinatum excernendi, ambo haec viscera occupata tenere, non sine causa conclusum est.

Si nunc in functione generali et Hepatis et lienis, differentia accipitur quaedam, quod ad agilitatem; si in illorum viscerum morbositatibus discrimen detegitur, quod ad phaenomena; in uno acutiora, in alio segniora; sic et miasmatum gastricorum Infectio diversa, non minorem indigitavit variationem; non incongruum itaque haberi potest, quod seorsim et convenienter de ambobus dicatur.

Directio nempe gentilis non contenta fuit quod ad morbos gastricos suis uteretur miasmatibus; aliam haud minus evidentem malorum cohortem his suis satellitibus, in gastricismum suam completandum, saepe enim adjunxit; quae

cohors malorum systhemati gastrico destinata, cum miasmate saepe, diversa Phaenomena, plerumque, alium eventum cum illo habuit.

Incipiamus cum Hepate.

I. *Hepatis Passio e causa generali* vel agnovit conditionem inflammatoriam spasmodicam; vel potius spasmus inflammatorius indolis Rheumaticae systhema Biliferum potius, quam ipsius Hepatis Parenchyma affecit: Haec affectio morbosa praesertim constrictione Praecordiorum vehementiori se exceruit; antequam itaque cura antigastrica pleniori modulo inhiberi cum emolumento potuit, huic medelae cura interna et externa tam antiphlogistica venae sectio, Nitras potassae; quam leniens, Linimentum volatile opiatum; vel quandoque fomentatio Schmuckerii praegredi debuerunt: Quippe quibus praegressis vel opera Naturae suffecerunt, sordium biliosarum accumulationem e vicinitate Hepatis et porro *ανω και κατω* everrendarum; vel conditio spastica ductuum Biliferorum remansa, a medicamine Emetico pariter spasmodico, qualis combinatio Radicis ipecacuanhae cum Tartaro Emetico est, optime mederi potuit, quae combinatio medicamenti Emet. spasmum topicum ductuum Biliferorum tollit: Haec Emesis Bilis copiam abundantem saepe alteratam per vo-

mitum educit, et medicamentis purgantibus ita sennae foliorum Infuso, cum salibus laxantibus minscxymelle simplici; Decocto Tamarind. Infuso Rad. Rhei, aptum operandi locum indigitare pergitur.

Quod itaque ad efficaciam causae Epid., haec conditio morbosa praecipue constitit in Hepatici systhematis topica affectione spastica inflammatoria.

II. *Hepatis passio a miasmate Hepatico.*

Veluti in Hepatis passione speciali a causis Epidemicis generalibus, vehementia spasmi inflammatorii fixitatem suam magnam collocavit topice ad ipsum systhema Biliferum; et quidem in specie (demta phlogosi) ductus Biliferos spasmo affectos ostentavit, suo modo peculiari medicandos; sic Miasma Hepaticum in suum viscus familiosum operata, alteram et fixandi et furiendi corporis Partem per excellentiam sibi elexit; In viscere suo familioso, (Hepar) Indicium tantum, in Peritonaeo sigillum quod insignivit. Ita verbi causa in Hepate Indicium infectionis Miasmatis hepatici vel confestim magnam materiei Biliosae copiam protulit, et sine Artis ope eduxit; vel conditio spastica Hepatici systhematis (ductuum Biliferorum) in secundo hoc morbo a medicamento Emetico

antispasmodico qualem combinationem Ipecacuanhae Radicis cum Tartaro Emetico diximus, amoveri potuit; et aequo pede haec medicina quod ad statum gastricum, tam magnam materierum Biliosarum abundantiam eduxit, quam curae purganti in priori morbo dictae accommoditatem requisitam praebuit; Quae autem inficiendi et furiendi vis Hepatem saepe excusavit, per excellentiam in Peritonaeum saeviit; in hac Abdominis Parte miasma hepaticum spasmum inflammatoreum (Peritonitis) insignire solita est, tam fixitate quam Indole Phlogistica, constrictioni Praecordiorum in primo morbo, Aequalem; similemque quae illa curam (primo) antiphlogisticam, venae sectionem, Nitrum, internam; eamdemque curam lenientem externam, (foment Schmucker) linimentum volat opiatum, requissivit; atque ob hujus partis constrictionem spasticam topicam majorem, nonnunquam Extr. Narcoticum quoddam, quale verb. grat. Extractum Aconiti est, commode *curae Laxanti* (Infus. fol sennae cum suis exhibitum, adjungi debuit; antequam, topica etiam phlogosi Peritonaei sublata, conditio spastica hujus momentosae corporis Partis omnino vinci potuit.

Quae autem in utroque morbo concurrens conditio nervosa asthenica, tum topica, tum generalis est, medelam excitantem requiritur, ita

valeriana, Arnica cascarilla, camphora conducunt; vel haec medicamenta cum laxante medela (Rheum) quandoque conjunguntur; et cura dicta remediorum externa in hoc casu quae camphorae Tincturam prae fom. Schmucker) longe praefert, combinantur, ubi simplex *medela excitans* non omnino satisdat: Ita quoque morborum conditio ubi cum Dispositione Phlogistica combinata, reperitur, comprobatur sambucum; dum morbi utriusque conditio nervosa, chamomillam amat: Sic et castoreum in primo, morbo egregie remplacare potest, quam Extr. Aconiti in secundo morbo completavit essentiam.

Perganus cum liene.

Cum nos ad morbosam Hepatis passionem tum lienis actionem tum illius visceris reactionem breviter jam monuimus; vel lienis reagendi modum tam in statu sano, quam morboso, si tetigimus; restat ut status illius visceris morbosus qui peculiarius ad Gent. Dir. obtinuit, paucis illustretur. Ad statum Hypersthenicum notavimus Lienis organum jure merito haberi, Adjutricem Hepatis; Ad Fiduciam Medicam hodiernam liquet, Nuperiorum observationes circa Lienem factas, huic organo attribuere Potentiam coagulabilitatem sanguinis promovendi; hincque Lienis majorem affinitatem cum normalitatibus et innormalitatibus vasorum

absorbentium vel lymphaticorum et glandularum conglobatarum acutius derivarunt, quam Lienis agendi proprietatem Hodierna stasis nostra Epidemica omnimode confirmat.

Peculiaritates autem hújus organi quales illae breviter ad Hepatis passionem sunt tactae, nobis satisdare debebunt, ut consideratio Lienis morbosi quae Gent. Dir. est, quatenus nempe Gastricismum spectat, intelligatur.

In Lienis passione morbosa, quae ad Dir. gent. aeque duplicem infectionis modum vel a causa Egidem. generali vel a Miasmate lienali agnoscit, potius animadvertendum est in effectus, et Phaenomena morbosa, quae sunt in distantia vel ab hoc organo remotiora; quam quod peculiarius respiciatur in ipsum organon laesum; cum sectio càdaveris destructiones ostentat, tantummodo certas, quae signum ex post monstrantes, in descriptione Phaenomenorum et symtomatum Lienisaffecti morbosorum, parum utilitatis reperiuntur.

a. Differre videntur phaenomena morbosa in Passione Lienis ad Gent. Dir.

I. Prout vel infectio causae generalis vel miasmatis Lienalis hoc organum specialiter magis tetigerit.

II. Prout Reactio Lienis vel acutior vel lentior, vel magis activa vel magis Passiva est.

b. Differre conspiciuntur phaenomena prout diversam viam Reactio generalis ingrediatur.

Quae antem omnia cum similem cum Hepatis passione divisionem, et similem cum eo distinctionem, indeque similem pertractationem non admittunt, sub uno et non interrupto ordine dicentur.

Quod itaque ad corporis partes organicas in Liene morboso G. D., anthrum oris cavitas est quae plurimum invenitur laesum; *Ulcus Noma* hujus Passionis Lienis est primum et morbi Phaenomenon maxime momentosum; quod ad systhematis cujusdam affectionem corporis, peculiarem systhema sanguineum vehementiori in modo insurgens, detegitur; *status Hypersthenicus* ut sequela affecti Lienis morbidi saepius deprehensus est; Haec Phaenomena morbose affecti Lienis, vel symtomata, cum remotiorem a causa sua proxima distantem scenam Tragicam ludunt, Medicinae Gentili sufficiet, scivisse, hanc causam morborum proximam esse reperiundam, in Liene aegritudinoso; haec scientia sectionibus cadaverum stabilita, observationes suas quaquaversum nunc sibi lubebit, extendere potest firmiori Pede.

Ambae illae dictae Lienis patientis Aegrimoniae, tum *Ulcus Noma*, tum status Hyperstenicus, quoniam antea suum curationis modum jam

15

invenierunt, cura horum hic Loci cum causa omittitur. Harum ultimarum morbositatum Infectionem Lieni dicatam, quae habebunt tam causae generalis Epidemicae specialiter in hoc viscus (Lienem) determinatam, quam miasmatis Lienalis ipsius actionem in suum organon, non dubito; num vero miasma lienale per se vel solum, num resolutio causae Epidemicae generalis circa Lienem, ut causa specialis conditionis Lienis organi talis, qualis in statu Hypersthenico invenietur, sit habendum, nondum omnino planum est; quoniam Infectio miasmatis ipsius non semper ad datum statum Hypersthenicum sensibiliter percipi potuit. Si Lienis organum Reagens in causam morbidam Hypersthenicum statum in mortem usque sustentare potuit, In objectis minus in Reactionem adauctam vergentibus, vel ab alis obstaculis ubi Reactio imdedita est, Infectio Lienis alia phaenomena exhibuit; ita verb. grat. lenta sub variis faciebus offendenda Dissolutio (Slopinge) totius organismi hanć saepe causam arguit: Quare non status hyperstenici causam directe Miasmati lienali adscripsimus? Hoc miasma lienale nec alterum miasma gastricum vel miasma hepaticum erant Res semper praesentes ad illorum viscerum morbositates; neque semper necessariae fuerunt. Constitutio generalis

Epidemica cui haec duo miasmata ponuntur submissa, infectura haec duo magna viscera abdominalia (Hepatem atque Lienem) magnam suam vim praebere potuit, et ab hac dependentia acuta et chronica morborum Phaenomena multa et morborum multas formas producere potuit, sine quod suis proprie dictis miasmatibus uteretur.

Si Passiones utriusque visceris, tum Hepatis, tum Lienis, vel a causa generali vel a miasmate oriundae, tot quae vidimus mala monstraverunt, insuper non omiserunt cum suis Passionibus idiophaticis, alias nuncupandas corporis partes in consensum rapere, praeprimis *Tractum Intestinorum*: Lien minus quam Hepar qui causam morbidam ablegare potest, qui quod officium suum Bilem praeparandi segnis, ad morbos huic Bilis Functioni proprios qui Lentitudinem Phaenomenorum sequitur, jure merito habetur in his putatis aegritudinibus Praesidium tenere. Phaenomena quae hanc Passionem Lractus intestinorum a laesione dictorum viscerum abdominalium dirivandam, indicant, sunt, Lingua quae fere Rheuma semper Bilem alteratam indicat; sapor oris amarus est; Appetitus est dejectus; sedes est tarda; cutis flava sordida. systhema arteriosum saepe febricitat, et quandoqne gaudet conditione sthenica; Ex his

facile perspicitur, quod in initio curae methodus medendi talis qualis ad febrem Erysipelatosam, (acidum citri, usus fructuum acido dulcium *Prunorum. Lactis ebutyrati Juscula*) notata est, per breve tempus in hujus aegrimoniae statu conducere posset; saepius tamen comprobabitur, cum acido sulphurico diluto unito v. c. cum melle despumato curam incipere, vel quidem Elixir Acidum Halleri magnam opem praestat. qui adjutus a Pilulis Ruffii notis, saepe hanc Tractus intestinorum Passionem mederi pollet; ita ut sequelae cachexiam majorem (Hydropem, Phtysin etc.) minitantes, hac medela antiseptica, intestina roborante, justo more avertantur; vel etiam sequens massa pilularum in hac tractus intestinorum Aegrimonia magnae utilitatis reperitur.

R. Sal Tartar.
Gum aloes
Gum Myrrhae aa ℥ij
Extr. centaur min. ℥iv
m. f. Pilulae gr. iij
Consperg. Pulv. Rad. gentian.

Polycholia Rheumatica. B.

Ad morbos apud quos symtomata conditionem corporis generalem morbosam tantopere obumbraverunt, ut his amotis, conditio illa

organica praetervisetur; in casibus in quibus negligitur status ille morbi ex sua indole perquam complicati, vel synochus catarrhalis sub Inflammatorius ubi minoris existimatus, curae medicae se subduxit: v. c. ad morbum symtomaticum cujus Praeludia vel neglecta sunt, vel quae ob morbi momentositatem curam singularem non admiserunt, saepenumero fit, ut nulla Phaenomena critica quae vel majorem cutis activitatem, vel alteratae Bilis evacuatae vel quidem intra Intestinorum tractum copia majori secretae indicia monstrarent, conspiciantur; verum massa humoralis causam suam morbidam compactam in se retinet, ita ut sensim ac tandem illé corporis morbosi status producatur, quem nos Polycholiam Rheumaticam dicimus. Rarius fit quod ille morbi status chronicus qui acre Rheuma, qui Bilis negotii corruptionem, qui Bilem alteratam intra alveum humorum occlusam continet, sua sponte vel Naturae solius laboribus solvatur: saepius vero post lapsum temporis febris Intermittens gravis, vel quotidiana vel tertiana vel etiam quartana Paroxysmo quae gaudet, accenditur; Haec febris intermittens quae in multis aliis variisque morbis tam acutis, quam chronicis, saepissime sub bona ductione eximiae utilitatis deprehenditur, ad hanc Polycholiam Rheumaticam Po-

te ntia omnino invalidae vulgo est: sed digerere causam morbidam intra intestinorum Tractum, eamdemque vario modo educendam solius Medici est; huic digestioni priori in loco Emetica se valdequam commendare cuique facile patet: fibra autem stricta qua Dir. gent. plerumque gaudetur, et Humorum compactio causam morbidam arctius comphraehensa, efficiunt, ut Emetica sola vel etiam refractis dosibus exhibita, hanc digestionem atque hanc morbidae causae amotionem perficere non valeant; sed combinata cum Nitrate Potassae huic Indicationi omnino satisdent; et viam sternant, qua haec causae morbidae amotio per Purgantia validiora qualia sunt Rheum oxymel scillae, ulterius exquisite perfici potest: vel salia et extracta resolventia horum vires quandoque eximie facilitant; ita ut stomachica medicamenta *Amara* qualia sunt v. gr. Absynthium cum consimilibus vel et species stomachicae quas Pharmacopoeae nostrae tacent, verum quae taciturnitas plurimum adjuvatur, a compositis illis speciebus vendibilibus stomachicis, quae v. gr. sub titulo Berenburger kruiden enz. veneunt; si scilicet Inactivitas ventriculi et Intestinorum huic successisset medicationi; posthac valdopere salutaria haberi quae debeant: et febris post Emetica Nitrata, post Purgantium etc. usum quae vulgo

cessit, reversionem, vix admittant. Si vero febris deficientia, si Phaenomenorum quorumdam evanitio, uti sunt pro exemplo cutis flavedo; si horum sublatio Emendationem status morbosi magnam indicant, qua Aeger et Medicus jure laetantur, opus tamen nondum plane peractum judicetur! post moram temporis febris intermittens pleno vigore redire solet; quae aeque Impar ac ante, acre Rheuma remansum nunc indigitat, Doloribus artuum tussitatione etc. quae dignoscitur. Decocta lignorum, et ubi a medela roborante sustentantur, Gum Guajacum et *Antimonialia*, praeprimis antim: diaphoreticum, tum et fonticulorum applicatio hic perquam bonum operabuntur; et febris hujus conamina salutaria licet invalida egregie curam medicam sustentabunt; haec febris conspicitur intensitate Phaenomenorum catarrhalium augeri, et horum evanitione diminui: quae si omittuntur vel negliguntur, tam in prima quam in secunda morbi conditione, et Phtysis Pulmonalis et Hydrops hujus status cachectici saepe sequela sunt. — Febrem Intermittentem ad morbi inceptum fugare modo specifico, cum causa jugulare Aegrum ducatur; in hoc etenim casu, sequelae morbi dictae (Phtysis, Hydrops) citissime vulgo subsequentur.

Febris Intermittens Cortex Peruvianus.

Non infiteri potest, quod febris intermittens nostrae soli Plagae propria, saepenumero a methodo medendi communi fugetur; aeque tamen verum est, hanc curandi rationem non sufficere in casibus permultis; utpote quando ad curam specificam canfugere, invito etiam cogitur Medicus: ita salia antiphlogistica, ita Emetica et Purgantia, ita Diaphoresin moventia caeteraque, non suffecerunt; tali etiam modo medela Paroxysmum praevertens (opium) non suffecit, vel indicata non fuit; et medicamen quod restat, solum cortex peruvianus est: Si vero priori curae non succedat, vincere febrem intermittentem, corticis hujus specifici (cort. peruv.) Bonitas multis et saepe laborat incommodis, hujus virtutem nunc magis nunc minus ludentibus: hinc est, quod ipsius corticis combinatio cum methodo communi ut necessaria, a multitudine medica jam dudum respectaretur. Nos qui similia fecimus experimenta, qui similes tulimus observationes, vulgo salvamur, a

R. Tartar emet gr. x
Muriat ammon.
Carbon magnes aa ʒij
Pulv. cort. peruv. ℥j
Syr. cort. aurant q. s. m. fiat

Conditum, d. s. omnibi horio ad Nucis juglandis magnitudinem sumendum.

Cum magno Emolumento Praecepto dicto saepe unum alterumve Extractum medicamentosum ita Taraxici Graminis, ita Gentianae Absynthii commiscetur.

Est certe formula quae originem suam e schola medica Groningana detraxit, quae fortassis diu ut Arcanum prostavit, sed quod solitudinem non retinuit, dum Plures norunt, quam adeoque Medicina gentilis libero animo dicens, non reticere audet; dum quidem hujus compositionis Bonitatem, non autem illius Auctoritatem et sinceritatem enarrare promittit.



CAPUT DECIMUM.


---

§. XXXIV.

REMINISCENTIAE CAUSA.

Certe quidem inter haec nostra dicta quod ad Medicamenta et quoque quod ad medendi Methodum attinet, nonnunquam incuriae detegi poterunt, nonnunquam et medendi ratio haberi poterit rudis, neque ab omni trivialitate libera; meminerint Lectores, haec conscripta, non uno eodemque tempore esse observata, sed quidem ita habeant, quod plurima excurrente brevi tempore indesinenter chartae sint mandata; et quod libertas agendi non raro malefice interrumperetur: meminerint, quod medicamenta, nullam Directionis exceptionem admiserint, (quorum formulae bonae ab utraque Directione aeque comprobantur) sed

illic ubi casus morborum probe recogniti fuerunt, optabilissimam opem ubique quod praestiterint: Ita Ex. Loc, Herba Jaceae crustae lacteae specifica esse, et Emissionibus serosis vel et quidem Uropoyesi promovere, ad gent. dir. aeque pergitur. Sint memores lectores, quod haec conscripta non a quovis Medico *dicto* fideliter ad manum recipi debeant; qui ad manum recipit, probe imbutus et bene cognitus sit, cum illa medendi Methodo quam Die Errhegungstheorie nos docet; illud systhema experientia comprobatum viderit; ita ut haec omnia sibi sint proxima; haec omnia ut Egoismum teneat Medicus: Non tali, haec conscripta maximam confusionem et Titubationem parere poterunt; saltem si *in nostra* minus excercitatus Medicus confidit: Potius Epidemia in qua Directio aliter quam vulgo modificata est, *Medicum* nonnunquam errare faciat; Ultimum hoc tantummodo Mortem Aegrotantis, cui Epidemia. non vero Medicus debebit, secum dùcet; dum Titubatio systhematum vel Directionum incipiens, Medico Aestimationem officii sui debitam demere posset.



CAPUT UNDECIMUM.

---

§. XXXV.

MORBI APPARENTES.

Admirabilis est in hodierna hac constitutione Epidemica *Existentia morborum apparentium.* Labem gastricam verminosam brevissime sed claro annotabimus. In Aegro quatuor annorum *Anasarca Apparens* est observata; haec cito sine definita cura medicinali antihydropica, Praecipue adaucta cutis Functione vel Perspiratione aucta, evanuit: Clare nos etiam *Graviditatem apparentem* observavimus; haec non fuit Graviditas dubia: Tempore quo Partus exspectabatur, non Prius non secus, Menses iterum fluere inceperunt, et Graviditas abiit: Tale vero ferum nimis tenerum est, quam quod in vel ex ejus Latebris exagitetur.

§. XXXNI.

LABES VERMINOSA.

Notum est, quod in morbis febrilibus vermes in Intestinis hospitantes, admirabilem lusum ludere possint: Unus tantum vermes, gravissima excitare phaenomena potest, praecipue sub facie spasmorum se excerentia; imo Tetanum non raro hinc oriri videmus; qui vermes sublatus, terribilia illa symtomata desinent; praecipue si illa sublatio mane fit: Etiam interdum vermes annotabili in multitudine adesse possunt, sine quod multa eminentia symtomata excitent.

Minus cognita est nostra observatio.

In decursu hujus Epidemiae saepe quidem vermes educi vidimus; hi vero educebantur post inhibitionem remediorum vulgarium, remediorum communium, vel universaliorum; cum nulla signa existentiae vermium ostentabantur, quoque et nulla Indicatio adfuit, ut adaequate Antihelmynthice ageretur. Multo alia fuit conditio hic putatae febris vel labis verminosae: Hic signa quae existentiam vermium indicant, magno in gradu aderant; hic quoque a nobis cura medica (observatis generalibus et peculiaribus circumstantiis directa) in vermes inhibebatur; Haec formula v. c. usualis fuit

R. Infus sem. santon ℥viij ex ʒij — ʒiv
Sal mir. glauber ʒvj
Extr. tarax. ʒij — ʒiv
Spir. minderer. ℥ij
Rob. Sambuc ℥iß
d. s. Omni Bihorio semi vasculum.

tunc quoque et plerumque intra breve tempus optata sanitas Aegrorum recuperabatur; absque tamen (quod bene tenendum est) absque eductione unius vermis, vel et quantum scio, sine eductione ascaridum.

Sed (forte interrogabitur) num et signorum quae praesentiam vermium indicant, allucinatio adfuit? erantne haec signa tam evidentia tamque clara? Responsio unica potest et debet sufficere: Labes haec verminosa postulabat Rationem medendi antihelmynticam: Post exhíbitionem hujus medelae vermifugae solius dictae, (Corticis Geoffroyae suriamensis, chalybeatorum et similium Indigentia, in nostro morbo haberi potuit exigua.) in tutissimam et certissimam sanationem ducebatur morbus, dum generalis medendi modus, exempli causa Modus medendi aperiens, talequid non valuit.

§. XXXVII.

CONSTIPATIO ALVI.

Brevis verum nihilominus maximam quae merebatur attentionem Descriptio labis verminosae, sub Directione gentili, tamen non patefecit sequentem observationem: Si Laesio Epid. generalis cavi abdominalis, vel potius si Reactio specialis organorum gastricorum vel abdominalium in sua Insurrectione ducente directione gentili tantopere *vim protrusivam* indicavit, in casibus, in quibus, sub universa Directione, Retentio adaucta exspectari potuit, sic Directio gentilis nobis quoque in Aegra 70 annorum *vehementem alvi constipationem* observandam dedit. Postquam nonnulla generalia phaenomena morbosa huic Epidemiae propria, experta est Aegra, illa conditio se obtulit, quae conditioni verminosae propria est; num re vera hic vermes adfuerunt, num haec conditio, conditio verminosa apparens fuerit, non cum veritate affirmari potest: Aegra omnia recusabat remedia, et omnem opem respuit medicam: Clysteria etiam non sunt apposita: Constipatio alvi circiter 14 dies duravit, sina ulla quaqua dicta alvi depositione: Cum signa conditionis verminosae successive ac pedetentim abierunt in Inflammationem Erysipelatosam viscerum abdomina-

lium (Enteritidem), quippe quando huic mors lente subsecutus est.

Nonne vis protrusiva causae Epidemicae in morbis organorum Gastricorum tam insigniter saepius quae se praebuit, loco Partium harum abdominalium, in vermes ipsos vel in eorum miasma se affigerit?

§. XXXVIII.

MIASMA VERMINOSUM.

Praesentia vel existentia vermium intra viscera abdominalia, (canalem cibarium) plusquam semel attentionem meam ad se traxit; causa hujus rei non adeo fuit, modus illorum existentiae, vel originis, quam quidem qualitas relativa vermium ipsorum cum suo Heroe. Pro exemplare sumere volo, ut me ita exprimam, completum perfectumve miasma verminosum; illud indicabit, ut illa Perfectio fiat, Numerus sufficiens et numerus non plusquam sufficiens horum animalculorum, neque illorum conditio erit morbosa: Non refert utrum respiciendum sit in Lumbricos, Vermes terretes, cucurbitas Faeniae, coeterosque; non refert, utrum respiciendum sit, in veram Praesentiam vel existentiam horum animalculorum vel (Insectorum); illic ubi

conditio verminosa attentionem Medici meretur; num vero tantummodo Labes verminosa apparens adsit, sine vera praesentia vermium; Posticam hanc conditionem vel conditionem verminosam apparentem, uti vidimus, constitutio Epidemica vel Gentilis Directio extra dubium posuit. *)

Pruritus narium, Titillationes circa anum, mane die secretio abundans salivae oris, Dolores in abdomine praecipue ad umbilicum, Magna

*). I. Verminosum tale apparens, ut spasmus intestinorum abdominalium in uno casu morbi se praebitum, cum doloribus imi ventris continuis, valde molestis; non Laxanti, non demulcente medela, mederi potuit, verum sequenti

A. R. Mercurii dulcis
Opii puri aa gr. ij
Pulv. sem. santon. ʒij
Extract. chamom. q. s.
m. f. Bolus. d.
S. intra quatriduum sumatur.

casus hic morbi, apparentiae primus exstitit scilicet in femina debilioris structurae corporeae.

II. Alter casus in sutore observatus, ut colica verminosa continua qui se praebuit, quique omni septimana tertia Paroxysmum vermem cucurbitam simulantem habet, medetur a

B. R. Gum aloes ʒj
Gum ass. foetid. ʒij
Sapon alb. ʒiij
m. f Pilulae.

dilatatio Pupillae, quae aere sereno quidem remanet; etc. sunt signa, quae cum causa in Praesentiam vermium concludere faciunt, et has ob causas cura hos educendi instituitur. Non solum tamen merentur in Miasmate verminoso praesentia vel absentia horum animalculorum vel illorum eductio nostram attentionem: Ego suppono, meum miasma verminosum, domicilium non tantum tenet in Aegro (Heroe), est etiam familias membrum Aedium, in quibus hospitatur; non datur vera intercessio inter vermes in Intestinis nidulantes, et inter Personam Hospitem: hic non putandum est, veluti ad alias occasiones vel casus, ubi sordes gastricae dantur, de materie inorganica mortua*), quamdiu miasma verminosum quod tale persistere potest, vita super Personam et vermes est divisa, et diffusa. Primum secessio hujus divisionis vitalis, hic cum fructu agere facit: Miasma verminosum juxta meam opinionem

---

*). Continuata colica non tantum tacuit verum Peroxysmus tertiae septimanae jam ab est; ita ut cura medica a sequenti remedio claudenda videatur

R. Electuar Hieraepier ℥iv
Aquae menth. piper. ℔j
m.

Sic etiam cum auspicio in completam hujus aegri valetudinem futuram sperare licet.

hic quidem primas partes agere potest, vitam adeo in se transferri pati vel admittere potest, ut Hospitanti haud tantum remaneat, quantum sibi Homini, saltem ut officiis suis socialibus, quo decet modo, fungeretur, necesse est: Ante omnia in Principio, patiuntur Memoria, et Attentio quae haud intentio et fixitas oculi (staroogigheid) solius est.

§. XXXIX.

CASUS INVETERATAE AFFECTIONIS MORBOSAE PRINCIPII LACTICI.


Quoniam Experientia extra dubium posuit quod in hac nostra constitutione Epidemica morbosa ad conditionem partium solidarum et fluidarum quod attinet, Reactionem morborum in fluidis versari; Reactionem morbosam in affectionibus nervorum ita dislocatam esse, ut affectiones systhematis symphatici a systhemate cerebrali elaborentur; quod Arteriellitas, loco Pulmonum in Pleura contineatur; quod Passio morbosa *principii abdominalis,* quam *Lacticum* nominavimus, tam peculiariter se gessit; Miasmata gastrica, quod in magna illa ambo viscera abdominis cavi, in *Hepatem et Lienem,* specialius adstringantur ita ut exinde Peritonaeum tot phaenomena

activa ostenderet; et status Hypersth. tanta omina morbosa praebuerit; affectionem directam vel Passionem morbosam inveteratam hujus Principii Lactici sequens morbi casus optime nos docebit; Non enim aliqua cum veritatis specie ad affectionem cujusdam partis organicae abdominis, particularem Passionem morbosam referre potuerimus Individui Laborantis cui tanquam specimen morbi hujus principii Lactici morbose affecti (in hoc casu inveterati:) hic respicitur. Homo Juvenis 25 annos natus, jam abhinc ostimestrio vel etiam diutius post initium Aegrimoniae, (uti Fama est) primum laboraverat febre catarrhali gastrica; a duobis diversis Medicis per longum tempus, et de tempore in Tempus, curatus erat; absque quod notabilem Emendationem experiretur Aeger: jam abhinc longo morbi tempore Aeger Dyspepsiam gravem passus sus erat; in hanc itaque cura praecipue medici alterius conversa fuisset: Haec Dyspepsia et Phaenomena morbosa abdominis, Aegroti corpus etiam tantopere jam infecerant, ut Aeger Vaganeum obvestitum sceleton omnimode videretur; status marasmoideus in omnibus corporis Aegroti partibus ac punctis aderat.

Capilli tantopere illi exciderant, ut Aegro paululum tantum Pilorum laneorum remansisset; Intumescentia viscerum abdominalium est exigua

vel nulla, Lien ostendit volumen quodammodo auctum, et nonnunquam in hac Regione abdominis, constrictiones dolorificae, non fixae, ab Aegro percipiuntur; cum Aeger jam per aliquot tempus a nobis erat curatus, cumque cura medica ad sese offerentia phaenomena morbosa et ad conditionem virium vitalium, cum respectu debito organorum gastricorum affectorum instructa fuerat, sine annotabili Emendatione Aegroti, decrevimus instituere venaesectionem probatoream: *in causa* quod pro computatione conditionis Aegroti, tanta Irritatio in systhemate arterioso daretur, num forte conditio vel habitus paululum sanguinis depromti, majorem Elucidationem Naturae ac Indolis morbositatis aegroti praeberet: Venaesectio duarum unciarum sanguinis, etiam in conditione Arteriae vix notabilem mutationem detegendam fecit: Sanguis autem emissus, Aeri Atmosphaerico expositus, ostentabat qualitatem valdopere inflammatoriam; si in febrem respicere volumus, haec fuit certo Febris Hectica, cum conditione inflammatoria massae sanguineae. Cum in statu rerum, in quo Aeger noster versabatur, non putandum erat, de exquisitiori methodo antiphlogistica; et quoniam notabilis Diarrhoea erat oborta, quae tamen potius Medelae adaptatae, quam soli colliquationi adscribi debebat,

visum est mihi, ab combinatione mercurii dulcis cum opio, maximam opem exspectari posse, si forte adhuc aliquae spes salutis remansisset: Combinatio remediorum horum quidem amborum, hanc permutationem Aegro in bonam partem effecit, ut post usum brevem dicti remedii combinati, in leniter Roborantia medicamenta transire potuerimus, quippe quando sanatio sensim sensimque invaluit, ac Aeger aeque valens et sanus ac unquam est restitutus.



CAPUT DUODECIMUM.

---

§. XL.

EVOLUTIO TERTIA MORBI GENTILIS.
Ver 1828.

Licet constutio Epidemica generalis; sensim magi magisque vulgariori videatur accedere, tamen haec se adhuc nonnunquam propter quasdam Proprietates, Excessum Epidemiae majorem maxime memorandum, indicantes, cognoscibilem facit; quae proprietates, licet quidem non strictim Huic tempori vernali adstrictae sint, sed et aliis annorum quorumdam temporibus observatae fuerunt, tamen hinc *Verisimilitudines hujusce formae* melius ut *veritates, essentiales* potuerunt constitui hocce vere. Respicietur scilicet hic in contagiositatem constitutionis Epidemicae generalis non adeo,

quoniam de illa jam sermo fuit, sed praecipue respicietur in contagiositatem formae cujusdam peculiaris hujus Epidemicae constitutionis, puto *Formam Typhoideam:*

Forma thyphoidea ab uno Individuo in alterum transeuns, morbum sibimet ipsi similem conficiens, versatur et sub Principatu constitutionis Epidemicae generalis, ut oriatur; et sub Principatu hujus peculiari, ut sese dispergat: Ut hanc formam adipiscatur, illi non semper directo nec indirecto contagio vel miasmate opus est; evolvitur sub conditionibus haud definiendis sua sponte; arripit Individua ilico, et est nunc Personis, Aegrum circumdantibus, contagiosa; sed hic iterum quassans (Hortende.) haud praeelectionis gratia Familiariores, plurimum inficiens; quassatio quidem saepe offenditur in Personis vel Individuis, qui vix cum Aegro typhoso in attactu, vel in ejus vicinitate qui vix fuerunt: Sicut nos vidimus constitutionem Epidemicam morbosam anno praeterlapso Eminentibus peculiaribus symtomatibus (symtomata kat exogen) se distinxisse, ita forma typhoidea illud habet proprium, quod hanc nunc hic, nunc iterum in Locis magis a seinvicem distantibus, oriri videamus: hae formae quas tanquam tot Epochos (Nukken.) constitutionis Epidemicae adspicere debemus,

videntur potius Productum esse Rerum in Exteritate (De Buitenwereld.) existentium, vel *non Naturaliorum*, quam a Reactione organismi morbose affecti originem suam ducere. Eodem modo quo symtoma kat Exogen nunc systhema generale, nunc systhema peculiare corporis vel *organum* afficiebat, et hoc modo modulationem suam a corpore humano ipso accipiebat, sic accipit Forma Typhoidea suam existentiam in Exteritate (Buitenstand.), in oeconomia cosmiča, vel in *Non Naturalibus* ipsis. His positis, sponte quasi sua sequitur, Medicum, quod ad aversionem arcessionemve contagiositatis attinet, hic solummodo Individualiter agere posse: Peculiaritas sane, *Physico Theoretico* momentosissima! Illud tametsi verum est, in quovis tamen hujus morbi casu momentoso fumigatio Guytoni Morveaueriana a nobis instituta est.

Viris reproductivae suspicio omnigenorum morborum ante aliquot tempus capta, quae heic Epidemiae esset propria, et praerogativa, omnino est confirmata. Inter plures alios hujus generis morbos verno tempore anni modo elapsi variolae sunt observatae in duobus Liberis unius ejusdemque familiae, et Liberi hi variolosi a nobis sunt curati: Decursus vel meatus hujus morbi similaris, et praecipue odor genuinus variolarum

exacte veritatem hujus morbi variolosi existentiae declaraverunt. Contagiositas ex qua hicce morbus originem suam duceret, non potuit assequi; nisi forte confugere vellemus ad Miasma variolosum jam abhinc aliquot annos ante quod adfuisset in illo Pago. Si origo hujus morbi variolosi (quod vix dubito) Archaeo Epidemico est tribuenda, haec in majorem stimulum et incalcationem vaccinationis incitare deberet, quippe tunc ut tutus hujus morbi variolosi haberi posset, quisque Homo natus operationem illam subire deberet.

1830. *Simile quid quod ver* 1828 *memorandum*

Infanti Puellae neonatae ut illi aliquos dies post nativitatem funiculus umbilicalis delabitur, umbilicus ipse non clausus invenitur; absque quod sanguis notabili copia ploretur; Potius materiae viscidae notas habet fascimentum; duravit aliquamdiu haec umbilici neditas quamvis probius a detergente spiritu sacharino vel Lacte materno alternatim lota, circumvoluta et bene obfirmata sit; Diligentiori indagine detegitur causam nuditatis perpetuae esse visiculam, cauli annexam, Annulum umbilicalem intranti, quae non nisi ipsa Embryonum vesicula umbilicalis est, extra tempus superstes; abhinc umbilicus Infantis Pulvere aluminis

exsiccati sparsus, cum fascia Linteaminea etc. obtegitur circumspectius; Vesicula nunc sat cito delabitur, et umbilicus sanatur, cicatrisans uti solet: Interim vero Pectus infantis majorem in modum male afficitur, illa affectio morbosa pectoris Angina Polyposa G. D. creditur; medicina expectorans antiphlogistica breviter levamen attulit; sed Tussis continuatur, Haec tussis omni respectu a me salutatur Tussis convulsiva infantum; etiam haec tussis sat brevi tempore Periodum suum adsolvit: sed eodem ipso temporis puncto quo morbositatis postica forma cognoscitur, inde me statim confero ad domum, in qua Infans Puella ejusdem fere Aetatis est; cum illa incurius Puerile quid ago, atque ab eo inde tempore haec similiter a tussi convulsiva infantum affligitur, longissimum Typum quae habuit.

Medicina e multis Bibitur fontibus.

Observationes Anatomico pathologicae viri illustris P. Camper cum exfacto testantur, quantum justa perlustratio anatomica Partium corporis, praeprimis systhematis nervosi, valeat, ad phaenomena multa morborum, hic et inde conspicua, rectius observanda, et ad amussim dijudicanda; atque cum his et talibus, quoniam Hysteria observatori diligenti multa consimilia

licet minus arcte stipulanda quotidie monstrat, sic et ex nostris uberrime patuit, quod morbi symtomatodes hanc Nervorum Nosologiam haud parva exaggeratione ditaverint.

Non detinetur his limitibus Hygieine; quando enim vitam humanam peragratur diligenti animo, invenit sibi haec Ars *Exempla dislocatae sensationis* plura quorum nonnulla publificavit, et nonnulla quorum non publici juris fecit; videamus!

Somnambulismus aeque spontaneus *) ac magneticus†) qui Idaeam dislocationis facultatum humanarum in se continet, et Philosophiae naturali et Medicinae similis pretii est.

Itemque sic, *Experientia voluit*, Partes corporis diversae, utramque maxillam componentes, etiam in statu sano inversa Polaritate amantur; hujus rei posterioris sit exemplum *odontalgia*, quae si obtinet aegrimonia, Polus amicus, ubi non adest, Polus inimicus maxillae praedominatur; vel in statu sano maxillae

*). Conditio haec corporis saepius quidem adest, quam vulgo putatur.

†). Vel somnambulismus hic recensetur, post manipulationes certas corporis certisque temporum punctis institutas (Magnetismus animalis) Mesmerismus, qui experiri solet: In hoc statu dislocatio sensorii communis e cerebro in Plexum solarem quippe assumitur.

sensibilitas in Gingiva, Irritabilitas in nervo dentium inhabitatur; harum dislocatio *odontalgia est* *): hic vero morbus non unicum praebet exemplum dispositae sensationis, vel haec dislocatio tam irritabilitatis tam sensilitatis in statu corporis sano non solum ad maxillam deprehenditur, verum etiam detegitur illa in Regione pudenda virili; Regitur et Testiculus hac qualitate nervosa reciproca; in descensu suo ubi longius commoravit, optime observanda: Observationes de Hernia congenita (Parochidium) quae Oemius sed praeprimis Cl. Sandifort publicaverunt, cum omni sua luce Nebulam quidem (directionis viae Gratia) habent, melius hac Notione fugendam? An quoque et metasthasis morbifica nunc vitiorum Glandulae Parotidis, nunc Testiculi virilis, ab hac qualitatis nervosae dislocatione rectius intelligenda?

---

*). Non tantum haec cognitio medicinae theoreticae verum et Practicae utilis est; nam exinde ratio peti potest, quod odontalgia non semper curae rationali quae ceditur; a cura symphathetica, et in distantiam locorum, et in systhema corporis irritabile specialius quae operatur, facilius quandoque superari queat. Cura Nefandorum? Symphathetica *Rogo* Num rejicienda num in salutem humanam convertenda?! Omnibus aeque pensis, Nefas quidem vix haberi posset, experimentum hujus semel fieri in morbo illo Alm. D. tristi vel in Prosopalgia.

§. XLI.

Status Gastricus in universum non postulat, nec semper admittit unam eamdemque Medendi Rationem.

Constitutio morbosa nostra topica, Profluens ex situ prope ad Mare vel ad Flumen Amasin, ex speciebus variis soli argillaceis, ex notabili congregatione aquae marinae praecipue in Aestate fervida, cum aqua quae multos Nostrorum agros separatos adundulatur; (Exceptis paucis, omnes Aquae nostrae (dulces) sunt Aquae stagnantes). Quibus fit, ut Aer Tellurem proxime ambiuns, Exhalationibus noxiis vulgo scateat; et tantopere saepe vaporibus mephyticis oneretur; etiam absque computatione humilioris ejus situs cum altioribus montosis Regionibus, *Tempore Aestivo,* quod tempus anni praeterea in omnibus fere Regionibus, ut *Matrix* sordium Gastricarum habetur; sic etiam valdequam apud nos, Existentibus morbis, hisce morbis signum morborum Gastricorum imprimit: Gastricismus scilicet exaltato, adaucto vel diminuto statui Functionum virium vitalium in stimulum morborum reagenti subditus, tamen nihilominus praecipue sub conditionibus, quales apud nos dantur, perpetuam quidem merebitur attentionem, rei medicae in causam. Quam

necesse tamen sit, sine hac speciali aestimatione Gastricismi, meatum Epidemiarum in et extra Autumnum existentium, cum attentione summa sequi, et secundum hunc suum medendi modum regulare, nobis in Decursu mox elabentis Epidemiae plusquam satis aperuit: Non solus cursus Epidemiae, sed etiam conditio corporum humanorum subinde varians, suum attulerint: Organa gastrica, sed praecipue Ventriculus, dant Punctum, cui praeprimis Exhibitio et Actio medicamentorum commendantur; conditionem itaque hujus corporis Partis comparare cum reliqua organismo, contemplatione medica perquam dignum manebit: Casus quidem morborum eique saepissime sese offerentes, quibus methodus medendi antigastricus commendari debuit, Autumno anni 1826 fere absque exceptione cum salibus neutris refrigerantibus, In Autummo anni 1827 cum cortice Peruviano, Ad Autumnum anni 1828 cum medicamentis Roborantibus stomachicis proprie dictis *) optime curabantur illud tam sufficienter aperuit, ut dati casus autumni 1826 in quibus vel Periculum facere vel necessitudo medicamina annorum 1827 vel

*). Medicamenta Analeptica qualia sunt Liquor anod miner Hoffman, Aquae menthatae. Aqua cinnamoni dictis medicaminibus saepe optimum suffragium dederunt.

1828 sumserant, adhuc post longum tempus curae medicinalis, vestigia virium suarum minus salutarium post se reliquerint; Haudquaquam haec respiciant cum contemptu in unam alteramve, medendi rationem specialiorem; saepissime quidem omnino contraria via iniri debuit; nunc poscit minitans phaenomenon morbosum, nunc virium vitalium exhaustio etc. medelam posteriorem, vel variatam; tantummodo haec respiciant in Permutationem, quam organa Gastrica et sub Influxu Epidemiae, et sub decursus hujus, quierunt.

§. XLII.

1828. V A C C I N E.

An non et ultimae vaccinationes indicare voluerunt Actionem vel functionem genuine modificatam organi vel systhematis cutanei *in morbis* huic systhemati peculiarem? Nostrae ultimae vaccinationes 1828 plerumque gaudebant charactere perquam indifinito, tam quod earum meatum, quam modum existendi quod attinet; Nunc prodibat exanthema mane indiebus primis post insitionem, Exempli causa Tertio jam die punctum infectionis incipit referre verum habitum variolarum tutoriarum vaccinarum, et hae jam incipiunt cum Pure Lym-

phatico impleri: alio tempore, vel alia occasione Infectio virus vel contagii tantum ad diem decimum, imo ad diem decimum tertium agnosci potest: Nonne haec ad haesitationes dubiosas de hujus virus tutela sufficienti variolarum arcendarum debent ducere, si haec non possunt adscribi actioni organi cutanei peculiariter sub gentili Directione modificatae? Unum amborum (Alterutrum) debet esse verum, Postremum positum, peculiariter modificata actio systhematis cutanei, vel sumtum virus vaccininum non sufficientem obsidem praestare valet contra variolas; saepius haec non sufficientia observationibus stabilita, adscribitur morbo scrophuloso, Exanthemati herpetico etc. qui virus hoc decomponere vel alterare possent, vel et *talibus Aegrotis* non sufficiens virus vaccininum esse videtur. Labor haud inutilis esset, si hae observationes prosequerentur: *) Sin vero indefinitum illud horum insitorum exanthematum , ad peculiarem proprietatem organi cutanei sub Directione gentili esset referendum, tunc et Haesitatio et Trepidatio circa poten-

*). Quae de hoc Themate ante aliquot (annos 1803) publici juris fecit Clarissimus E. J. Thomassen a Theussink in opusculo cui Titulus *Waarnemingen over de Vaccine* videantur. Concinnitas et pretium horum frustra quidem alibi quaeruntur.

tiam tutelarem adversus variolas, post insitam et post infectam vaccinationem *hodiernam*, caderent. Post omnia quae durantibus aliquibus annis, in morbis observavimus, et quae nunc putamus, exprofesso debere et audere ostentare, utpote quae nostram medendi Rationem duxerunt in genere felici Eventu; Nemini alienum videri poterit, nos quoque hunc peculiarem organi cutanei agendi modum sub tali gentili directione velle agnoscere, et Nos hoc respectu esse Neologos.

Incertitudo operandi quae hodie 1829 Vesicatoreorum Emplastrorum applicationem non raro comitatur, quod ad formandas vesiculas artificiales, hanc modificatam systh. cutan functionem liberrime comprobare vellet.

§. XLIII.

INFLAMMATIO NERVI SYMPHATICI MAGNI.

Morbi symtomatodes sub directone gentili si sese praestiterunt tanquam tanti; vel potius tanquam adeo momentosae formae morborum, Alii morbi nervosi, sub Directione universa terribilissima phaenomena parientes, sub ductu Gentilis directionis meatum lenem et plerumque faustum eventum habuerunt; Generis primi sit exemplum *Vagiagia*: Generis secundi sit

Prosopalgia Exemplum. — Horum morborum maximam convenientiam existentiae et horum maximum discrimen characteris, se praestare vidimus, aeque ac modo dictos morbos, sub ductu gentilis directionis. —

Scilicet Inflammationem Nervi symphatici magni.

Inflammatio nervi symphatici magni.

Si apud nos *Encephalitis* sive sit vera inflammatoria, sive sit catarrhalis vel sit Lymphatica *) interdum quidem veluti parva Epidemia hujus morbi capitis observatur; hic putatus morbus capitis sese tamen nunc *hic locorum* per aliquot annos rarissime praebuit; e contrario aliquoties ego puto observavisse quamdam isti capitis Inflammationi vel Encephalitidi multimode similem conditionem inflammatoriam Nervi symphatici magni: haec observatio rursus multum litigaret in Favorem assumtae permutationis, Directionem quod attinet, quae morbis sedem monstrat, eosque decurrendos facit. Luculentissime se talis morbi casus obtulit, in Aegra 24 annorum. Haec Aegra durante valida

*). Morbus hicce putatus U. D. extitit Tempore Hyberno quando Frigus intensum et gelu jam aliquamdiu adfuerant.

illa Infectione Epidemiae anni 1826 aliquamdiu aegrotaverat, haec Aegrimonia emendata est, sed Menses illo tempore qui fluere desierunt, hucusque (tempore verno anni 1828) nondum sunt reversi, Aegra est constitutionis corporis robustae, molimina mensium non dantur, Aegra 14 dies vel tres septimanas Febre Intermittente quartana laboravit, et quod insuper notabile est, Epidemia haec quidem nostra saepius talequid ostentabat quod Febris, Intermittens scilicet sine assumtione intercessionis intercalaris directo in Febrem continuam transiret; illud etiam in nostra Aegra obtinuit; cum febre hac, dolorosissima Inflammatoria conditio nervi symphatici magni erat combinata; *) Latitudo doloris signabat Aegra, incipiens a Parte superiori cavitatis pectoris, usque in Partem Inferiorem cavitatis abdominis abeuns, Aegra in Lecto in statu erecto sedere non poterat, actio involuntaria musculorum praecipue musculorum colli et Brachiorum continuo adest, quod apprehendere vult, non accipit Aegra; non in locum optatum advenit:

*). Patastasin laicam non tamen ubivis eumdem cursum sequi, nobis patuit: videlicet In casu febris remittentis (gastricae) Hemiplegium successit: cui tandem mors Aegri finem imposuit: Infus flor. Tiliae cum Nitro in hoc morbo g. d. magnopere prodesse potest.

Venae sectio illi instituitur, et quoniam conditio subgastrica visitur, medela antigastrica sed breviter inhibetur: venae sectiones repetuntur, Emulgiones Amygdalinae cum Nitro etc. dantur, et post 5 vel 7 dies in sanitatem Aegra restituitur. Durante conditione Inflammatoria illa nervi symphatici quaedam Apathia vel aberratio sensibilitatis corporis generalis, conjuncta cum Amentia, in Aegra adfuit.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

---

§. XLIV.

SPECIES MORBI CHRONICI.

Constitutio generalis morbosa Epidemiae, praeprimis cognoscibilis, in permutata mixtione, in morbose modificata Plastica, vel si mavis implastica conditione sanguinis, nonnunquam omnimode induebat faciem chronicam: In nulla morbi Epidemiae hujus forma, sanguis tam diu et tam continenter mixtionem illam in statu suo perfecto in se conservabat, quam in specie Chronico, Usque ad breve tempus ante mortem hanc consistentiam in se conservavit: Haec morbi species praebebatur in Personis ad declivitatem annorum provectis; hoc sibi velet, in personis annorum circum circa 50. Tres casus hujus dictae naturae a

nobis cum attentione sunt animadversi, Lente procedere phaenomena morbosa, Moleste illa amovere, Notabilis quantitas medicamentorum et perseverans usus medicamentorum validorum quae Amotio phaenomenorum morbosorum postulabat, haec omnia huic morbi speciei erant propria. Identitas in succedendis, in perdurandis et in exitu horum phaenomenorum, haec omnia ostendebant unam eamdemque morbi speciem. Pricipium ostentabat Affectionem catarrhalem subgastricam corporis; affectiones catarrhales primum evanescebant, vel potius sese occultaverunt; status sub gastricus sat longum tempus perdurabat, cum hic (status subgastricus) se pro parte absentabat, affectiones catharrhales redibant; nunc ut Rheumatismus vagus, saepius ut Rheumatismus chronicus fixus, ut Ischias, Articulationem Femoris vehementissime arripientes: hic loci, dolores tam diu Tragoediam ludebant, donec post brevem Lenitionem illorum, morbus Aphthosus prodiret, et mors sat cito sequeretur; Hoc modo casus duo, de tribus annotandis et annotatis, se obtulerunt: In *primo Aegro* qui circiter viginti hebdomades sub cura nostra fuit, tantummodo operam dedimus, ut de tempore in tempus se offerentia phaenomena morbosa, amoverentur; adhibuimus

methodum medendi in hoc Aegro, quae hisce phaenomenis putabatur adaequata: nullam Heroicam methodum adhibuimus in hoc dicto Aegro: Morbus aphthosus mortem in hoc aegro secum duxit: *Secundus morbi casus* dabatur in Aegro longius a nobis distante, visitabatur minus frequenter a nobis Aeger hic, illnd tamen minus momentosum habebitur; si respicimus in morbi speciem: cum duo stadia morbi prima, stadium catarrhale et subgastricum scilicet quodammodo amota erant, conditio pituitosa sese praebebat; Temperamentum laxum minus irritabile minus sensile hujus Aegri, mora longa phaenomenorum morbosorum, abundantia pituitae satis conspicua, concluderunt paulo atrocius agere. Huic dicto Aegroto postquam genuina phaenomena morbosa aeque ac in Aegro primo per longum tempus a nobis erant impugnata, et uti dictum, Pituita valdopere cum abundabat, medelam valide resolventem inhibuimus; solutiones gummatum ferulaceorum cum scilla etc. sunt usurpatae, donec combinatio mercurii dulcis, sulp. haur. ant. cum sapone albo, *oleam* videbatur petitura; conditio pituitosa abibat, et Aeger versabatur, in conditione Emendata: verum inter usum remediorum ultimorum quanta salivatio esset data, curiosus, quaestio hujus annuebatur; copia haud

contemnenda imo annotabili salivatio adfuerat: Num re vera factum sit, in aliqua re dubia versamur; certius constat, Aegrotum in Aede frigida ac humida degere, cum neglecta accommodatione; et haud regulariter acquisito nec salubri cibo vesci; quod Anthrax supra scapulam citissime crustam cutis mortificatam fecerit, et postea antequam ulcus sanabatur, hoc copiam notabilem materiae purulentae, ichorosae foetidae quod eduxerit; non multo post etiam Rheumatismus chronicus Ischias eodem in modo provenit quo in casu morbi primo, eoque descripto in casu generali; Huic cedenti succedebat modo simili Morbus aphthosus, qui etiam a morte sequebatur.

Casus tertius speciei morbi chronici dabatur in Femina similium numero annorum (duo objecta prima masculini erant generis, ut conspici potuit).

In hac Aegra, duo stadia prima, hoc est, conditio catarrhalis et subgastrica magis minusve transierant; conditio vero morbosa generalis nunc emendata, nunc iterum pejor reddita. per sat longum tempus adfuerat; jam aliquamdiu caput extollens Rheumatismus, sed hic magis vagus, vel saltem non adeo fixus, quam conspeximus illud in casibus duobus prioribus, se praebuerat, cum Aegrota opem nostram inquirebat.

Depromtio sanguinis et evasatio aliquae hujus, ut Aegra adhibendam medendi rationem eo melius ferret, quae et forte phaenomena morbosa emendare potest, primo contraindicationem non pati videbatur: Sanguis depromtus morbosam plasticam mixtionem hanc haud minori in gradu in se continebat, Eductio repetita sanguinis nullam mutationem fecit; interea medela aperiens inhibetur, etiam sine notabili successu; *Perponderanti* mixtionem sanguinis plasticam, Non omnino emendatam in Aegro secundo ab exhibitione medelae illius intensive aperientis; magnam crassitudinem massae hujus sanguineae, tenacitatem compactam Inflammatoriae conditioni proxime accedentis crustae sanguinis Rheumatico pituitosae in sanguine emisso actioni, aeris atmosphaerici exposito se praebentem, adspicienti haec omnia videbantur *mihi* exigere resolutionem, dissolutionem, amicam; si non Aegra parem sortem sortiretur, qualem sortitos esse vidimus, nostros duos priores aegrotos cum simili specie morbi chronica: His omnibus ponderatis, mihi visum est hanc resolutionem optime ab intima combinatione Hydrargyri cum sulphure si possibilis illa esset, posse acquiri; Inde concludi illa ambo corpora mineralia Hydrargyrum et sulphur scilicet ad Partes aequales sumta, (via sicca)

chemice componere; Haec corpora mineralia scilicet *probe calcinata* dederunt Productum satis pulchrum, luridum; obtinui (quid multa) Cinnabarim exustam. An idem quod Aesthiops mineralis Pharm. Belgicae? Hujus massae bene pulverisatae cum medicaminibus mox dicendis conjunctae, tot sumsi, quod sumitur mercurii dulcis, si quando hunc debita ac apta quantitate Aegris comministrare cupimus: Aegra nostra utebatur sequenti massa pilulari.

R. Hydrargyr. cum sulphur calcinat scr. j
Gummi Resin. Guajac
Gummi Aloes aa ʒj
Sapon albi ʒij
m. f. Pilulae gr. iij d,
S. quater de die 5 Pilulae.

Cum affectio dolorifica systhematis musculosi pariter in Aegra datur, illi Linimentum volatile illiniendum fuit datum; Calidam sese conservare, corporis motus debitos vel opifactio laudantur; Diaeta rectius instituta et medicaminibus (Pilulis et Linimento) semel vel bis repetitis, Aegra est sanata.

§. XLV.

FACTA ET FACIENDA.

I. Contumax perpetuo fixatus *Pulmonum Spasmus* qualis ad morbos pectorales est notatus.

II. *Passio generalis* organismi in peculiare quoddam systhema, vel corporis organon specialiter terminata, (uti nos illud ad symtomata kat exogen vidimus, et cujus *essentiae substantivae* exemplum saepius praebuit systhema sanguineum) cum causa concludere faciunt, quod etiam hoc systhema, et aliis in casibus, quod organa, vel Partes, suis genuinis gaudeantur Sphaeris, (Kreitzen) vel Regionibus, (Distrikten) Perinde ac Principia Physica (ita principium Lacticum) nobis illud indicaverint: *quas* res attento animo perscrutari; in Medendorum modo, vel et in Electione unius medicaminis prae altero, multum adhuc detegendum praebeat, ad definienda pluria, quae adhucdum haudquaquam definiri potuerunt, sed quae hucusque ab unoquoque Medico solo, bene instituta experientia ducto, eligi tantum possunt. Haec et Medicinae clynicae et Physiologiae parem praestare possent utilitatem: Probabile est, quod recta observantia morborum illorum Gentilis directionis, sub titulo morborum Kat Exogen venientium, totam hanc Medicinae Partem completare p[illegible]et.

§. XLVI.

TOPICAE AFFECTIONES CAPITIS.

In causam illarum topicarum Capitis affectionum et passionum corporis generaliorum

reminiscatur observationis, in prima Elucidatione morbi Gentilis notatae, in qua conditio morbifica Generalis vel potius causa Epidemica caput, et Nervos cerebralis systhematis vel et forte spinales*), tam peculiariter et indesinenter

---


*). *Passio febrilis Meningea Spinalis.*
Passio febrilis meningea Spinalis morborum Gentilium momentosissimus morbus, suis peculiaribus symtomatibus vel potius phaenomenis morbi dilucide satis stipatus, videlicet a contractionibus spasmodicis artuum externorum valde dolorosis, clonicis orta, contractos artus non raro pro parte strictos linquens, successa a consimilibus passionibus et symtomatibus convulsivis tam abdominis quam Pectoris cavitatis, in Torturam Pharingis transeuntibus; quae et ab mentis alienationibus *temporalibus* furiosis, (actio paroxystica est), terminantur. Haec symtomata vel phaenomena validissima et a terribilibus conquassationibus et motibus partium abnormibus comitata, utaliquamdiu adfuerunt, Sensim gravitate minuuntur; partes movendae majorem mobilitatem amittunt, mentis alienatio quidem vulgo eo placidior fit, quo magis ipsum systhema nerveum hebescat, et tandem Torpiditas nervorum cum minori fluidorum motu mortem futurum antecedit. Vel saltem morbus hic saepissime lethalis est. Eo majoris est habenda ipsius lethalitas, cum in omni morbi tempore vitae deruncatio fieri possit; adhibita etiam optima medela medica. Praecedentia vel et concurrentia morbi phaenomena eminentiora si sunt amota, id est, si subactio a causa morbifica si est sublata, concurrens phlogosis (gen.) si est demta, et affectio gastrica si minor quae adest, vel si haec ab evacuantibus forte dimota est, et catarrhalia signa vera si minora dantur, quam quae vesicatoreorum aut Linim. volat. applicationem postulant, ad pauca

quidem infecta tenebat, ita ut mors sequeretur: Itaque simus memores observationum duarum morbosarum G. D. affectionum 1 feminae cujus meminitur ad Explicationem generalem II a Gravida et Puerpera desumtae et ad affectiones topicas partium musculosarum notatae, quod causa Epidemica in prima observatione uti vidimus, tantopere systhema nerveum cerebrale in Reactionem continuatam morbosam occupatum retinere poterat, et quod causa Epidemica in secunda observatione tantopere statum sthenicum et exitare et conservare pollebat, cujus secundae observationis imperium nervorum activum ad actiones systhematis symphatici referri debebit: (hae duae formae, tam causae generalis identitatem quam partium affectarum preprietates speciales commonstrant).

De affectionibus topicis ad capitis circum ferentiam praeprimis annotatu dignum est

tantum Pharmaca et unum tantum universalium, (interposito opio) morbi hujus curatio adstringi se patietur. 1mo. In statu morbi in Astheniam vergentis, Aether sulphuricus Alcoholicus. 2do. In statu morbi in stheniam inclinantis, Aether nitricus alcoholicus; haec medicamenta fragrantia, largiori manu exhibita, et Balneum calidum saepius repetitum, *ambo haec* ab alterante medela eximie sustentari poterunt. Haec saepe satisdabunt panucla haec gentilis in Frisia majori forma morbi vulgarior fuerit. Vide et sub febre puerperali quae in nota memorantur.

hoc: Nos ad morbos symtomatodes vidimus, hos morbos formas annotabiles componere; sub quarum formarum vultibus, alioqui vulgo symtomata spectantur, morbi cujusdam memorabilis longius distantis; Pretium intimum horum symtomatum sub directione universa, vulgari, plurimum parvi ducitur; plus vulgo illae morborum formae, quae nunc ut phaenomena morbi sunt habendae, comparandae cum morbis symtomatodes, qui nunc tanquam morbi essentiales haberi debent, attentionem Medicorum ad se traxerunt; hae formae morborum putatae nunc ut phaenomena morbi sunt ducendae e. c. *Prosopalgia*, *Trismus:* Gentilis Directio etiam praebuit nobis has morborum formas, sed pro numero aegrotorum hae formae U. D., nunc phaenomena causae Epidemicae G. D. minus infelices sequelas hodie secum duxerunt: iterum Indicium sufficiens Emigrationis vel permutationis. Directionis Generalis morborum.



CAPUT DECIMUM QUARTUM.

---

§. XLVII.

A P O P L E X I A.

Caput, una trium magnarum corporis cavitatum nobis praeponit *Apoplexiam* tanquam morbum mixtum, 1mo. tanquam Morbum organorum principaliorum capitis ut *Neurosin,* 2do. ut Morbum organorum accessoriorum capitis, tanquam *Fluxum invisibilem.* Productum Neuroseos sive sanguineum sive serosum, hoc in casu ut Identitas facili negotio habebitur. Hicce morbus illi corporis cavitati tam peculiariter proprius, considerari debet veluti Nosos familias, vel morbus cranii cavitatis indigena. Hunc tam gravem morbum capitis nos etiam observavimus, ducente morborum Directione gentili. Vir circiter 50 annorum non robustus

sed constitutionis corporis inflammatoriae collo brevi gaudens, multam similitudinem cum Habitu Apoplectico prae se ferens, inter opus Rusticum in vicinitate aliorum Agricolarum aeque in Agris opus facientium, tantopere tangebatur, ut cum Furca stercoracea (Tridens) in manibus adhuc apprehensa, ilico humum caderet; plane mentis suae impos factus sit, et ab Hominibus qui illum casum viderant, Domum deferri debuerit: Factum illud est die duodecimo Novembris vespertino tempore circiter ad horam 5tam post meridiem. Exhibitio spiritus volatilis ammoniacalis, Applicatio sinapismorum. (Sinapismi in genere quidem ad morbos G. D. minoris momenti inveniuntur, quam ad illos D. U.) Aegro nullam attulerunt mutationem; Mentis impotentia continuabat: Sexdecim horae praeterierunt, antequam Aeger a nobis visitari potuit, durante toto illo tempore nulla mutatio in Aegro ab Adstantibus erat detecta; si remittentem coloris mutationem Faciei, et nunc majorem nunc minorem inquietudinem Aegri excipiamus: Examen Aegri haec praebuerunt, Totalis mentis impotentia adest; parva tantum mutatio situs vel decubitus Aegri; Aeger membra inferiora et etiam Brachia movere potest; Caput contorquetur vicissim in Latera, nunc ad unam, nunc ad alteram

partem et haec contortio capitis indesinenter fere adest; Respiratio est stertens sed stertens cum intervallis Respirationis leniter activae; Urina involuntarie mittitur; oculi imitantur contorsionem vicariam capitis, sed plerumque in ordine inverso; oculi sunt paululum splendentes, non rubri; Pulsus fere naturalis est quod ad ejus lentitudinem attinet; sed ostendit conditionem inflammatoriam: Illuminatus ab hisce phaenomenis et quodammodo cognitus cum Directione morborum hodiernorum, Relatio praesentium phaenomenorum cum phaenomenis comparatorum, quae dantur in consueta Apoplexia, sub universali Directione; mihi visa est, esse haec: Neurosis quae talis, revera adest; Effectus hujus proximus, accumulatio scilicet et extravasatio sanguinis super vel inter cerebrum patientis aegro vel vix adsunt*) Exinde actio melior musculorum, quam vulgo obtinet, in hoc morbo, erit derivanda; Effectus proximus Neuroseos determinatur exclusive ad systhema sanguiferum. †) Venae sectio insti-

*). Praefectus portus Navem videt appellere ad Portum, absque viatoribus maritimis.

†). Haec morbi forma systhematis sensibilis, Gentili directione, pro magna parte ut videri licet, curationem suam in systhemate irritabili reperta est.

tuitur saltem ad quantitatem ℥xxx Post hanc nondum magnus arteriae collapsus datur, paulo post venam clausam, Arteria vel Pulsus eamdem fere conditionem ostendit, quam ante venae sectionem: Aeger tamen magis fit quietus; Praescribitur Aegro sequens, vel potius ingurgitatur, de tempore in tempus.

13 *Novembris.*

I. R. Tartar. Emet. gr. x
Sal Ebshamens ʒiv
Aquae pur. ℥iv
m. ut solv.

Quae itaque solutio brevi tempore consumitur.

Simulque tria vesicatorea applicantur, unum magnum vesicatoreum ad Nucham, et duo vesicatorea ad crura ponuntur.

Sub vesperam sequens, praescribitur.

II R. Infus flor. chamom ℔j
Nitrat Potassae ʒiv
Extract Taraxic ʒvj
Rob. sambuc ℥ij
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

Novemb. 14.

Aeger versatur in eadem conditione ac heri, usus potionis medicae II paululum neglectus est; Potentia comsumtae solutionis emetico salinae adhucdum tacuit-

Nov. 15.

Hodie tempore promeridiano Aeger iterum mentis suae compos factus est; Epistaxis paucarum guttarum sanguinis, dabatur: vomitus adfuit. Vesicatoreorum Emplastorum, unum ad Nucham et unum crurum optime, unum Emplastrum vesicatoreum cruris paululum operata sunt.

Cum aeger noster Rustici Famulus est in locum aptiorem deportabitur; Usus Potionis medicamentosae primo lentus, quantum potuit, est emendatus.

Nov. 16.

Mentis potentia Aegroti continuat, sed Aeger fit vel est Maniacus; Mania interdum in Furorem mutatur; Epistaxis ut heri etiam hodie adfuit: Arteria praebet conditionem valde inflammatoriam; instituitur venae sectio ℥xvi, sanguis prima vice depromtus, gaudebat qualitate perquam compacta, crassa, qui nunc emittitur, indolem ostendit inflammatoream; non queritur, nec questus est Aeger, de cephalaea ulla: Potio 13 Nov. praescripta, II repetitur, et simul Datur.

℞. Extract. Belladonnae gr. viij

Aether nitrici alcohol. ʒiv

m. ut Solv. d.

S. Quater de die guttas 40.

Novemb. 18.

Sedis functio post majorem morbi impetum aequo egit, sed nunc tardior est.

Usus guttarum continuatur et continuetur; Paroxysmi furoris maniaci celerius adveniunt, et sunt validiores, Aegro praescribitur.

R. Infus flor. chamom, ℔j
Nitrat. Potass. ʒiv
Extract. taraxic. ʒvj
Rob. sambuc ℥ij
Tartrit potass. acidul. ℥iß
Aether nitr. alcoh. ʒiv
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

Nov. 19 — 20

Paroxysmi maniaci omittuntur, et Aeger aliquatenus valet. *)

Postscriptum.

*). Mirum certe non est, quod morbo huic sanato vel medicato, Languor virium vitalium et Torpiditas functionum corporearum per longum tempus sit insecutum. Venae sectio instituta successa ab usu sequentis formulae medicae in hoc casu multum videntur potuisse.

R. Tinctur castorei ʒij
——— Aloes
Spiritus foenicul aa ℥ij
m.

§. XLVIII.

CARDIALGIA.

Illic ubi morbi praeprimis per symtomata elaborantur, symtomata in eorum maximo amplexu et in maximo suo vigore non tantum conspicientur, dum Enormoun in decurrere faciendis morbis, sese specialiter activum praestat; verum etiam sequelae illorum morborum hisce quae debent formis, etiam quando hae formae se tantummodo ut symtomata aliis morbis applicaverunt, sed ex quibus saepenumero sequelae similes derivari potuerunt (Dir. Un.) sequelae illae melius prognostificari, poterunt et sequelae illae luculentius ac citius ante diem provenient, (Dir. Gent.)

Cardialgia Neurosis vel symtoma nerveum direct. univ. oritur ac disparet plerumque, sub Ductu morborum indolis diversae, inter illorum morborum medelam; Si non, haec vel Methodo derivante tollitur, vel remedium directe spasmodicum Nervinum hanc amovet; vel casus hac qualitate gaudere debuit, quod febris larvata sub hac occultaretur, quippe quando haec corticem peruvianum postulabit: Sequelae quas haec (cardialgia) si aliquamdiu adfuit, secum vehit, plerumque sero recognoscuntur, vel nequidem ab hac deducuntur,

etiam hae rarius quidem Perfecto sunt curabiles: Ultimae hujus naturae quidem Dysphagia Lusoria tristissima sequela esse poterit: Direct. Univers. et Direct. Gentil. Cardialgia sub ductu directionis gentilis suppeditavit nobis duas magis minusve interse invicem diversas formas vel species unius ejusdemque conditionis morbosae, quarum una species fuit species acuta. altera species, species chronica fuit.*)

Species Acuta. I.

Quaedam Uxor Aetatis suae annorum xxxvii secunda vice gravida est; scilicet ante 15 annos, illa in partu gravi Puellam sanam et vegetam peperit; claudicat ab infantia inde Gravida; haec alioqui plerumque Mulier sana, sub finem Graviditatis secundae a vehementi cardialgia arripitur; haec cardialgia est continua, etiam nunc Dyspepsia laborat Aegra, appetitus est dejectus, et alvi eductio valde lenta est: Cum distantia stadiorum viaticorum inter nos, et inter Aegram, erat notabilis, in Relationem vocalem aegritudineam *Amicae* sequens praescribebatur.

Rheumatismus Ventriculi.

*). Dictus morbus saepe mitiora phaenomena habet Exhujus autem morbi vel Rheumatismi ventriculi causa fieri et varias Pancreatis Glandulae aegrimonias, praecipue acido ventriculi abundante se excerentes, perquam probabile videtur.

I. R. Laud, liquid sydenh. ʒj
Liquor anod. min. Hoffm. ʒiv
Aq. menth. piper. cohobat ℥iv vel
(Spir. menth. pip. dilut.)
m. d.
S. omni bihorio 1 — 2 Digitalia (vingerh.)

II. Sedes ut promoveantur, administrantur Pilulae purgantes.

Intra sex vel septem dies praescriptum medicamentum est consvmtum, Aegra inter usum hujus medicamenti se portativam gessit; quoniam vero morbus nondum cessit, in similem Relationem conjugis sequens praescribitur ac inhibetur.

R. Laud. liquid sydenh. ʒi
Tinct. cortic, cinnam
Liquor anod. min. Hoffm. aa ʒiv
Spirit. Menthae ʒij
Elixir acid. Haller ℥iv
m. d.
S. Usus ut ante.

Simul permagnum Emplastrum coriaceum ex Empl. de Labdano super partem superiorem et partem inferiorem Abdominis ac Pectoris Aegrotae superponitur; et usus Theae ex flor. chamomillae cum Emphasi mandatur

Post moram duorum triumve dierum abhinc ab usu Ultima vice praescripti medicamenti

Aegram visitans, conditio morbosa Feminae Gravidae notabiliter Emendata est inventa; Dolor circa cardiam et circa Hypochondriorium Praecordia multum est emendatus, absque quod omnino ille cessit, ante omnia dolor haud plane cessit ad partes laterales; Venter gravidus majus opplet volumen, quam habuit in prima Graviditate ante quindecim annos hanc ob causam dolor et Morbificatio Aegrotae plurimum adscribuntur magnae ventris extensioni: Constitutioni Epidemicae morbosae fibra rigida in genere est propria, Aetas provecta Gravidae, Conditio visceris ventriculi evidenter morbosa, *cujus morbi casus sub Dir. Gent. Graviditas plures dedit* *), forte et aliquae passio morbosa Principii Lactici in hac nostra constitutione Epidemica nonnunquam floride conspicua, et quae praecipue ad abdominis morbos Peritonaeum cum virtute Infecit Epidemia, haec omnia suffecerunt, ut Evolutio lentior vestimentorum abdominalium acciperetur; absque ut et sicut progressus Graviditatis et actus Partus docuerunt, jam in Geminos reflecteretur: Exploratio obstetricia facta, docuit

*). Prae aliis, Gravidae Temperamento cholerico quae gaudent, huic morbo videntur submissae. Temperamentorum divisio veterum pariter ac Recentiorum forte ad omnem, sine dubio ad Dir. gentilem necessarie retineri et conservari debuit.

Sphaeram uterinam vel Genitalem hujus conditionis dolorosae morbosae Ventriculi (Regionis) plane immunem esse. Ostium uteri valdopere est apertum; Parvum infantile caput per velamenta sentitur; alia vero signa et relationes indicant Partum nondum tam cito instare: Usus aptus remediorum medicinalium qualiter notavimus, et recommandatum suppositorium abdominale Gravidam restituerunt, quae 6 septimanas postea, peperit sat cito et sat bene Geminos: Examen medicum et actio vel effectus remediorum medicinalium et chirurgicorum extra dubium posuerunt qualitatem morbi essentialem veram, cardialgiam scilicet, absque ut ad alias protelationes confugi debuerit: etiam dicta medicamenta sanationem perfecerunt.

Plures organicae Passiones Ventriculi, designatae cardialgiae Analogae, exquisitius vim medicamentorum salutiferam in suo morbo indicabundae, annotaverunt, valerianam, Flores Zinci, castoreum, extract Hyoscyami.

Species Chronica. II.

Homo vir laboriosus Pecudum pastor et Lanius sexagenarius ante circiter hujus temporis biennium, admisso frigore a Doloribus Rheumaticis Artuum arreptus est; qui dolores nunc graviores, nunc iterum leviores, Aegro

perpetuum onus fuerunt, segnities omnium corporis functionum his se adjunxit; De tempore in tempus vitiositates ciborum concoctionis adsunt, etiam interdum, praecipue nunc post Aegritudinis biennium aliquae tussis adest; In autumno provectiori Anni 1828 post labores nimios, a dolore continuante circa Cardiam et praecordia Aeger cruciatur, cum sede tarda, sapore oris ingrato, fatuo veluti Axungiae incuratius conservatae; appetitus est dejectus, cibi vero assumti dolorem vix augent. praescribitur Aegro.

Nov. 14.

I. R. Sal ebsham (muriat magn.) ℥j
Extr. tarax. ℥ β
Succ. liquir ʒij
Infus fol. sennae ℔j
m.

II. Pulv. vomens datur.

Nov. 16.

Parum effecit Pulv. vomens, conditio Aegri est; ut ante. Praescribitur.

I. R. Pulv. rad. rhei
Nitr. potass. aa ʒiij
Acetit. ammon. ℥ij
Extr. tarax. ℥ β
Rob. sambuc ℥ij
Aquae coct. ℔j
m.

II. R. Vin. opii arom. ʒij
Spir. foeniculi ʒiv
m. d.
S. dolor cum exigit unum vel duo Digitalia sumenda.

Nov. 20.

Data medicamenta etiam parvum tantum levaminis Aegro praestiterunt, praescrib.

R. Electuarii Hierae picrae ℥vj
Aquae Menth. piper. ℔j
m.

Nov. 23.

Etiam usus medicamenti posterioris parum boni effecit; excepto, quod Aegro sedem aptam praebuerit.

Instituitur venae sectio probatoria ℥vj sine levamine, vel etiam sine quod sanguis emissus alia signa praeberet, quam magnam compactionem; cum in femina gravida specie acuta cardialgiae affecta, oculi uti saepissime obtinet, quod et cum causa in dicti morbi (cardialgiae) chronismo ut signum exsuperans. offendendum putari potuit, conditionem pituitosam et magnam pituitae secretionem monstrabant, etiam illa conditio oculorum in aegro nostro secundo aderat, sic et sanguis emissus ostendere debuisset conditionem illam pituito-

sam *) et debuisset regulariter indicare morbosam illam in dolem pituitosam nunc absconditam in incrassata qualitate sanguinis constitutioni Epidemicae tribuenda; praecipue post expositionem et infectionem Aeris atmosphaerici, hanc pituitosam indolem praebere debuisset; tam sub Dir. Gentil. quam sub Univ. Dir. similem crustam pituitosam sanguis praebuisset. nisi ab Indole hodierna Epidemica, Pituitosa labes occultaretur: Non praebere Indolem pituitosam in morbis hujus Epidemicae staseos perquam vulgare, haudquaquam tamen ut signum characteristicum absentiae vel potius non existentiae labis pituitosae accipi potest; ita Lingua quoque nec in prima neque in secunda observatione cardialgiae magnam secretionem pituitae indicabat, si haud ad colorem hujus organi in hanc concludere vellemus; sic etiam invito attenti reddimur, in Peculiaritatem hujus Epidemiae, comparatam, cum uno eodemque morbo provecto sub Directione Universali maxime momentosam. Hae quippe cardialgiae Un. Dir. earumque sequelae vulgares Dysphagia nempe lusoria et vomitus mucosus saltem apud nos saepe cum

*). Minor densitas crustam sanguinis pituitosam ab aliis crustis sanguineis distinguere facit.

tanta pituitae secretione erant conjunctae, ut cum causa, quantitatem magnam pituitae vomitu eductae, albuminosae plerumque indolis, admirari liceat *); saepe intra breve temporis spatium illius pituitae eductionis copia erat immanis, hic morbus cum morbo mucoso Rodereri et Wagleri) Dir. Un. tam intime erat combinatus, ut interdum ut similaris morbus salutari debuerit: Nostrum clyma et Nostra Endemia in ordine cum Incolarum Diaeta quotidie in morbis adauctam secretionem pituitae dant observandam: morbus pituitosus fere ut morbus Endemicus apud nos est considerandus, et tamen haec Epidemia vel Directio gentilis adeo hanc labem pituitosam celatur, ut haec saepe negligetur†), sin ultimum hoc minus fieret, tamen quoque rarissime cura

*). Haec pituitae eductio cum morbi topici incremento sensim copia aucta, tam in hoc morbo, quam in Emollitione ventriculi Infantum, ad Postremum saltem, ab Arrosione ventriculi ipsius potius, quam a statu pituitoso generali derivanda videtur.

†). Idem valet de scrophula: Si nunc quisquam comparationem sibi fingere vellet, quod scilicet non tantum Mercurialium verum etiam Antimonialium usus protractus D. G. minus conveniens sit habendus, utpote quae observatio saepius facta et notata est, is relationem tam humorum Dyscrasiae quam ipsorum indolis morem, melius perspectum habebit. Vide Disp. Scroph.

in pituitam conversa, ad medelam essentialem hodie ducit.

Nov. 23.

Praescribitur Aegro.

I. R. Pulv. rad. galangae ℥j
» rad. gentianae
» cort. aurant.
» Rad. Rhei aa ℥ β
Olei Anisi gutt. xxx
m. f. Pulv.

II. R. Empl. meliloth.
» e cumino aa q. s.
m. fiat. Empl. magnum ad stomach.

III. Pilulae purgant.

Paululum tantum conditio morbosa Aegri emendata est ad diem.

Nov. 30.

I. R. Pulvis iteretur.

II. R. Camphorae grana xxx
Solv. in spir. nitr. dulc. ℥j
Aquae foeniculi cohob. (spir. dilut.) ℥iv
m.

Usus medicamentorum notatorum juvavit, praeprimis usui solutionis camphoratae adscribitur Emendatio Aegroti, quae Emendatio a Decocto corticis peruviani fixatur.

Casus aequalis, praecipue aequalis cum morbo ultimo, secundum Rumores fundatos in

nostra propinquitate dabitur; Aeger iste vero non versatur sub cura nostra, cardialgia aeque, ac in nostro Aegro permanens est. et cum iisdem symtomatibus se praebuit, ac perstitit, tam diu et tam vehementer, ut Dysphagia lusoria sit orta; ita ut Aeger quotidie nunc temporis tantum semivasculum, catillum dimidium, (een half theekopje) tenuioris cibi usurpari posset: Sic cardialgia sub gentili Directione quoque acutiem illorum medicorum fefellit. *)

Supremum dictum nequaquam dicatur in Nostram personalem superbiam, quae et suos non infrequenter patitur manes; sed potius adsumatur in fulcienda nostra supposita et praeposita; ut curam nostram adhibitam confirmet, plus adhuc generi humano laboranti sit utilitati; si quando, quod non dubito, ex *his* quid salutis esset petendum,

Casum alterum morbi, cardialgiae hujus perquam affinem praebuit homo annorum circiter 45, vitam sedentariam ducens, hic Aeger per sat longum tempus (annum dimidium) multis molestiis ac difficultatibus Abdominis praecipue ventriculi laboraverat, sine quod

*). Non quaevis Recensio placet, etiam non Recensenti.

dolor tam gravis fuerit, quam in dictis nostris duobus casibus cardialgiae observavimus.

Sequentia remedia adjuvaverunt.

I. R. Gummi Aloes ʒj
Semin. Anisi ʒiv
Herbae card. Benedict. ℥iv
m. f. species.

II. R. Limaturae Martis
Pulv. cort. aurantior aa ʒvj
Magnes albae ℈iv
Olei Foeniculi gt. vj
m.

In altero casu, Ventriculi inactivitatis morbosan (Dyspepsiae) in uxore dato, sequens *formula* opem praestitit.

I. R. Pulv. rad. Gentian
— — galang. aa ʒiv
Pulv. rad. calam. arom.
— — rhei.
Magnes albae aa ℈ij
m. f. Pulv.

II. Empl. e Labdano ad scrobiculum cordis ponendum. Primus morbi casus (cardialgiae) vel casus feminae gravidae non a primum in hibito medicamine superari potuit; In simili statuto casu morbi sub dir. univ. forte medicamentorum Formula simplicior adhuc suffecisset; Spasmus enim putari debuit, primam et summam sce-

nam acturus; et hic saepe sub primo sufficienti exhibito medicamine ut est Laud. liq. Sydenh. (vin. opii arom.) sedatus fuisset: In secundo morbi casu vel in homine sexagenario in quo casus morbi erat species chronica, in quo etiam Potentia medelae antispasmodicae, minus adhuc videbatur efficere, Successit Permutatio in Bonam, post usum Camphorae; Sed num haec, Camphora scilicet directe et simpliciter soluta, exhibita, omne hoc sola praestitisset? Secundum meam opinionem nequaquam. — Cardialgia sub gentili directione considerari debet, tanquam morbus substantivus, minime tanquam symtoma morbi alterius, et hanc ob causam, Curatio vim magis intensivam remedio exhibendo conciliare debet; Medicamentum corpus habere debet: Verum est, Epidemia in suo principio vel pro eo sumto Anno primo (1826) exegit, et aliquatenus pergit exigere curationem symtomatum; haec medela antisymtomatica Anno 1826 fuit cura omnipotens; in illo autem tempore, symtomata curanda, solummodo tanquam phaenomena morborum considerari debuerunt; et curatio si haec phaenomena probe agnita erant, fuit simplicissima; ita exempli causa. *Ardor febrilis, vel cephalaea gravis, ab Aethere nitrico alcoholico, conditio febrilis Inflammatoria, a Nitroi vel et ubi haec sese magis spesialiter*

vasis sanguiferis adstringebat, et ubi simul aliquae acrimonia praecipue in primis viis dabatur, ab Elixere acido Halleri etc. facile medicabantur *): Ad annum secundum Epidemiae (1827) in quo symtomata magis sese tanquam symtomata kat Exogen praestiterunt, debuit et quidem cum majori intensitate cura horum comministrari; haec vero jam medendi Rationem magis somaticam postulabant; vel potius medicamenta diutius porrigi debuerunt; Cardialgia et plures morbi sui similes Gent. Direct. sub univ. Directione symtomata, sunt morbi sui generis sub gentil. directione. Sub universa Directione forte in sola affectione Electricitatis animalis consistentes, et Influxu vel Actione et Reactione Nervorum*) in specie qualitativa quid facti, sub gentili directione majorem circumferentiam habent; possunt

---

*). *Febris lenta g. d.* tam hanc morbi descriptionem quam dictam morbi curam medicinalem oppido laudavit: quae cura quandoque a Decocto cort. peruv. et a Tartritide Potass. acidul adjuta, vel lege rerum mutabilium exhibita et acommodata plurimum, suffecit.

R. Decoct cort. peruv. ℔j
Tartr. potass. acid. ʒvj
Mel. alb. ℥ij.
m.

*). (Phaenomena Cardialgiae in nostris quae accidunt melius forte cum iis a supellectile Galvanica quae producuntur comparanda cum veniunt.)

etiam annotabiliores et spectabiliores post se ducere sequelas, et postulant curam medicinalem completiorem: etiam Affectio ipsa est magis materialis, acrimonia cum morbis conjuncta est; sive haec sit Rheuma vel simile quid.

Si quando nos sine ambagibus simpliciori vel potius spirituali medicamine sanationem ejusmodi morbi volumus pellere (forceeren) Aeger saepius plusquam uno modo vita periclitatur, Actio talis fortioris medicaminis nimium inficit corporis organa et Partes, et rarius scopus optatus obtinetur; si quando obtineatur, quo citius eo melius a cura est desistendum, vel casus debuit esse, quod alio scopo sanatio confixari posset: De hac medendi Ratione nos vidimus exemplum. Materfamilias 50 Annorum Aetatis in Autumno 1826 graviter ab Epidemia morbosa Generali arripiebatur; Symtoma maxime impugnandum, erat Febris Intermittens grave cum intermissionibus impuris; Post et inter medelam Laxantem alterantem, Aegritudo valdequam augebatur; frigus excellebat maximopere. Vires corporis spectabiliter pessumdabantur; actio febris cum Deliriis et Animi deliquiis concomitabatur: Usus corticis Peruviani, ab omni parte videbatur indicatus; Decocta hujus corticis saturata cum liberali usu Vini rubri gallici, per tempus sat longum

sunt data, etiam cum optimo successu; febris cito cessabat, et Vires Aegrotae cum emendato ciborum appetitu redibant; morbus abiit: Ex majori Prudentia cum dictis medicamentis continuatur; forte nimis diu continuatur; subito post destitutionem medelae Aegra a vehementi cholera *) corripitur; haec tamen cholera feliciter usui quarumdam Dosium, combinationis Laud liquid Sydenh. cum liq. anod miner Hoffm. cum spir. foeniculi cessit: Annon haec cholera nimiae sensilitati *nervorum* Ventriculi, intensiori qualitati succi Gastrici, et continuato usui corticis peruviani cum Vino rubro gallico adscribi debebit? Si illud obtineat post usum longum medicaminis, qualis est cortex Peruvianus cum Vino rubro gallico, quod non sine corpore esse duci po-

*). Etiam cholera morbus Indorum vel exoticus (me Judicet in casu Pandemiae nostrae coivit, et constitit ille morbus in Laesione spasmodica viarum chylopoyeticarum a G. D. specialiter modulata, cum febre miti asthenica fuit compilata; non medicina generalior quae v. c. muriatem. Ammoniae, quae Ipecacuanham, vel etiam quae Rheum habebat, hujus morbi fuit compar, sed ubi sequens jubebatur.

R. Infus flor. Arnicae montan. ℥xx
Acetit. ammoniae ℥iv
Sulph. sodae ℥j.
Syrup. commun ℥ij.
m. d. s. omni Bihoriō semivasculum.

test, quid quidem exspectandum erit, de modo medendi dicto vel Pellente? vel de medicamine quod vix corpore gaudet, et cujus efficacia directo adeo inficit corporis Partes organicas, qualia sunt exempli gratia Medicamenta tantopere extenuata efficacissima ut Kinine, Morphine etc.? Ita sulphas cinchoninae verbi gratia et sulphas Morphii? — quae autem haec medicamenta Ars (Favente summo Numine) detexit, quae Infantia Idiosyncrasia et variae corporis ineptitudines diligunt, nollumus nos rejicere; abusum vel et Pompam horum nolumus omnino comprobare. Effatum celeberrimi Medici H. Boerhave vulgatissimae utilitatis licet quod non dubito, fuerit, effatum hoc maxima licet nitatur Auctoritate, volo. *Simplex veri sigillum.* Nostrae stasi Epidemicae tamen, haudquaquam semper satisfacit.

Instertitium quoddam.

Temporis intervallum haec (Negotia) notificavit.

Senex robustus constitutionis pituitosae afficitur febricitatione, et doloribus pectoris punctivis, nunc hic nunc illic sistatis, a maximis anxietatibus paroxysticis, quae maximam copiam pituitae excernendam minantur vel simulant, sed Mons Parturiens Murem peperit, minae illae Paululum vel et Nihil ex-

creverunt; Est morbus, qui Nulli corporis systhemati et nulli Pectoris organo vel Parti peculiariter haberi potest, est *Thoraeum morbose stimulatum* datur.

R. Nitr. pur. ʒiv
Extr. fl. cham. ℥j
Oxym. Scillit.
Acet. amm. concent aa ℥ij
Aquae coctae ℥xij.
m. d.
S. omni bihorio semivasculum.

Directio gentilis ergo satis luculenter et *Lacticum* et *Thoraeum* morbose stimulata nobis indicavit; cum non minori causa Affectio talis, tertiae, vel ordine *prima* quae est, magnae illius vel cranii cavitatis, Kephaleioon (ita mihi vedetur) in Delirio recognoscitur; tenendum vero omnino est, quod quaevis morbositas Dir. gent, bene recognita, specificiora sua amet medicamenta; ita verbi gratia Lacticum vult sennam, ita Thoraeum scillam, ita Delirium Camphoram

Dispositio Scrophulosa.

Dispositio scrophulosa his saepe signis dignoscitur, oculorum cilia ex ordine suo prodeunt, interse conglutinantur vel gaudent quandoque hordeolis aegre suppurantibus; Palpebrae vel et oculorum tunica albuginea colore rubro sunt praeditae, qui non raro in ophtalmiam et Blepharophtalmiam transit; semicirculus Buccarum posterior eminet, et

Genae colore rubeo colorantur; Labia tument et vasa lymphatica turgida sunt; turgores hi hic et inde ab aggregatis et dispersis glandulis tumidis interrumpuntur, vel adaugentur vasa illa turgida inveniuntur ad auris ambitum incipientia, et in collum inferius abeunt: cum his saepe similis morbificatio systh. lymph. et glandularum sub axillis et ad Inguina obtinet, quae non raro veras Bubones sistitur. Colomel et sulph. aur. antim. aa unita sunt medicamenta, quae salvis reliquis praestabilitalibus, Dispositionem hanc scrophulosam saepe tollunt. In casu morbi scrophulosi febrilis opem tulit

R. Sulphuret calc.
Nitrat. potass. aa ʒiv
Tartr. potass. acid. ℥i—ij
m. d.
S. 4 de die cochlearculum.

§ XLIX.

HYDROCEPHALUS.

Unumquodque Individuum humanum ad Perfectionem virilem perventurum, percurritur diversos Periodos, vel diversa stadia vitae, quorum nonnulli magis in perfectandas has, alii magis in Perfectandas alias corporis Partes exclusive impenduntur: ita Periodus prior prae caeteris operatur in perfectandas partes capitis; Talis opifactio intentior virium corporearum in Punctum datum, haudquaquam omittit, quin talis partis statum exaltatum conficiat; Nutritio exclusive in hanc determinatur, etiam conditio Nervea harunce partium majorem

sedem occupat; quamobrem talis Pars corporis, Influxibus et Infectionibus Indolis diversae, magis ex facto subjecta, etiam a peculiaribus suis morbis debet posse affici. Excerit sese haec in Juventute (bij de Jongelingschap) in qua dictae opifactiones magis in Perfectandam Vocem, hincque in organa Respirationis, ut breves simus in completandum Pectus confiniuntur, excerit se haec Periodus morbum suum evolutionis praebitura, praecipue per *Haemoptysin*: Evolutio paulo anterior forte Partium altius positarum per *Epistaxin;* Prima exclusive in Perfectionem capitis confinita Evolutionis Periodus *) favet *Hydrocephalo*

Casus morbi.

Infans jamjam decursura, nimium aeris Temperiei et solis Radiis exposita, sine sufficienti Tegmine capitis aegrotavit, absque quod phaenomena morbosa tanti videbantur esse momenti, ut statim opis medica invocaretur. Affectio morbosa organorum gastricorum sub facie acidi primarum viarum cum constipatione alvi se excerens, a medela Laxante

*). Prima Dentitio e. g. quaenam mala saepius non gignit Infantibus!

antiacida emendatur. *) Sine quod Infans aegrota pristinam sanitatem recuperare possit; Infans manet inpetens, observat, Mater de tempore in tempus conditionem Infantis febrilem: aliquibus septimanis praeterlapsis, Infans a vehementi et continuato vomitu arripitur, cum summis anxietatibus: Opis medica se confinit primo in leniendum vomitum spasmodicum; quippe ut Infanti jam nimis diu quae emansit quies reconcilietur, assumitur medicamen antispasmodicum, directe sensilitatem temperans, cum Potione Anti Emetica Riverii, de tempore in tempus exhibitum: Interea usurpantur medicamenta, quae sedem quo decet modo, agere faciunt; Haec medendi Ra-

---

Formulae generales.

I. Formula

R. Pulv. rad. rhei.
Magnes alb. aa scr. ij
Olei (citr.) cort aur gt. ij
Aquae pluv. ℥iv
m.

II. Formula.

R. Laud. Liq. Sydenh.
R. Tinct. castor. sibir. gt. iv
Pulv. rhei.
Magn. alb. aa scr.ij
Aq. Foenic. ℥iv
m.

tio aliquatenus excitans quoque optimum praestitit effectum; vomitus cessat, Patientula meliori fruitur quiete, ita ut medela Anti spasmodica proprie dicta, breviter tantum inhiberi debuerit; quo factum est, ut et ad alias morbosas conditiones animus verti potuerit; quae conditones morbosae majorem etiam requisiverunt attentionem quam in morbi initio putari potuit: Morbus noster scilicet Indolem omnino typhoideam prae se ferre incipit; tanquam Typhus curatur, et Puella aegrota sanatur κατ οψιν, eatenus, ut cura medicinalis non continuetur: Infans tamen non recuperat sanitatem completam, manet nappetens, capitulum Infantis inter gestandum continuo innititur in Matris Humeri cacumina, Infans continuo admovet manum capiti etiam percipit Mater motum injustum et injustam Directionem hujus (manus) saepius; de Meatu infantis haud cogitatur: jam ante ultimum morbi impetum, crurum sublatio inter currendum valga, ac non adaequate aptata fuerat, cum vero temporis punctum inceptus decurrendi, et temporis punctum inceptus phaenomenorum morbosorum, unum eumdemque Periodum conficerent, minus in illud animadverterant Parentes: Haec fuerunt *Resultatum* questionum a Matre Infantis allatum, quarum partim Res jam an-

notatae et partim splendor genuinus Tunicae oculorum albugineae; Photophobia, Pupilla magna minus mobilis, Pro phaenomenis morbosis demetiendus, vegetus ac sanus Habitus corporis, conditio febrilis inflammatoria Pulsus tanquam tot Peculiaritates, ansam praebuerint (his omnibus simul sumtis, cito indicatum fuit Morbum Infantis esse Hydrocephalum acutum; Patientulam in stadio morbi primo vel in stadio morbi Inflammatorio versari: Oxycratum super caput Infantis apponitur; sequens Potio praescribitur. R. Nitrat. Potass. ʒ β

Oxym. simpl.

Aquae foenicul aa ℥ij

m.

Post usum hujus medicamenti semel repetitum, Patientula fit sana, ac sanitatem completam recuperat.

Cura medicinalis sane Prospera ac fausta.

Alter morbi casus.

Femina Vidua 35' annorum Tempore Mactatorio os scissura, ab altera parte ossis scissi, media in fronte sauciatur; cum vulnusculum parvi videbatur esse momenti, ne quicquam Praecautionis inhibetur: Dolor sauciationis in initio exiguus, post duos tresve dies fit vehemens, se per totum cranium dispergens; Tota facies Patientis ab Inflammatione Erysipelatosa

est affecta, oculi hanc ob causam cum difficultate tantum aperiri possunt; Post venae sectionem super caput Fomentationes Schmückerianae applicantur; Aegra caeterum licet sanitatate Relativa fructa, extra hocce Fatum, laborat Anomaliis Mensium: Hae plerumque cum Parcimonia sua a Doloribus in Abdomine concomitantur; Praescribitur Aegrae sequens quoniam. Etiam sedes tarda est.

R. Infus fol. sennae ℔, ex ℥iij
Nitrat. Potasae ℥iij
Borae sodae alcal. ℥iʒ
Tartr. potass. acidul,
Extract. Tarax. aa ℥vj
Rob. sambuc ℥ij
m. d.
S. omni bihorio semivasculum.

Postea omni bihorio cochlear sumitur.

Post biduum Inflammatio Erysipelatosa Faciei multum emendata est; Etiam Dolor cranii circumferentiae superficialis minuitur.

Repetitio medicamenti cum spir. nitr. dulc. nunc. imbuti, urinae secretionem promovet. Quo magis faciei Erysipelas evanescit, eo melius, uti dictum est Dolor superficiei cranii totalis emendatur; Nunc detegitur tumor Elasticus, totam cranii superficiem occupatus, qui cum doloribus leviter continuantibus Prae-

cipue ad capitis Latera (Bregmata) Elevatior et Globosior deprehenditur; Ex Vulnusculo in Fronte ad Amplitudinem caudae pipariae transversim dissectae (Pijpensteel) notabilis copia Lymphae purulentae educitur continuo; hoc vulnusculum apertum servatur, et sub cura medicinali Femina lente tantum sanatur.

Casus morbi tertius.

Homo Vir. 45 — 50 Annorum festinanter quid acturus, Frontem tunditur ad marginem cellae cibariae; Post biduum Aeger incipit febricitare, Dolor, Inflammatio Erysipelatosa frontis ac faciei, se sensim magis magisque per cranium dispergentes, adveniunt; Fomentationes Schmückerii applicantur, in quibus per aliquos dies Aeger moratur; Dolor cum aliquo levamine continuat; Post nonnullos dies Aeger visitatus, praebetur annotabilis tumor Elasticus, se per totum cranium dispersus; In Fronte major extensio tumoris sufficientem monstrat fluctuationem, quae ut directe secetur: Annotabilis copia Lymphae purulentae statim post aperturam Tumoris et indesinenter ex Apertura facta educitur; Capiti imponuntur fomentationes quodammodo aromaticae, spirituosae, dilutae, et lentissime sanatur Homo.

Itaque duo lenti minus fausti casus.

An non hi duo casus ultimi, tametsi causa occasionalis Laesio mechanica fuerit, et licet casus in adultis Hominibus exstiterint, ut Hydrocephalus externus essent habendi? Quidquid de his putabitur, certo constat, quod sub vulgarioribus rerum circumstantiis Sanatio Hydrocephali acuti in Infante momentosa, quod sanatio vel potius illarum causarum mechanicarum effectus in capitis fronte, parvi aestimati fuissent: Experientia aliter docuit; nonne haec ad modificationem insuetam Affectionum morbosarum sub Directione Gentili ducere deberent? *)



*). Narratur constitutionem Epidemicam post quosdam praegressos paroxismos morbificas in Ancilla hydrocephalum externum confecisse; qui pluribus Medicis multum laboris dedit: nonne illud nostram thesin comprobabit? quaque Directionis modificatione accepta, nonne cura inde facilitaretur.

CAPUT DECIMUM QUINTUM.

---

§. I.

PARTUS HUMIDUS ET SICCUS.

An quidem cum causa posset putari, constitutionem morbosam Epidemicam ad quam Directio aliter quam vulgo modificata est, quae in quavis functione animali suum genuinum characterem praebet, an quidem posset putari eamdem etiam non suas proprietates genuinas in Functione summa Oeconomiae animalis vel in Partu Humano quandoque praestituram? Vidimus nos Graviditatem apparentem, haud dubiosam: postquam haec Graviditas Phaenomena et decursum verae Graviditatis ad finem usque conservaverat, in Reversione fluxus menstrualis illam esse Solutam vidimus: Haec Graviditas jure merito haberi potest. Alphabe-

thum graviditatis ac Partus pervagasse, absque quod Productum exspectatum *Omegam* perfecte conspiciendum praebuerit.

Partus fuit Partus humidus.

Altera Uxor ad omnem Veritatis Speciem Gravida, post Quadrimestrium graviditatis abortitur; cujus abortus unum Productum probabiliter, vel et quidem certo satis, Embrijo humanus; alterum, parva Mola fuerit; *) Sub hoc abortu nullus Liquor Amnii effluxit:

Uxor tertia post decem menses (Lunares) graviditatis Foetum adultum, mortuum peperit; Partus erat Partus clunibus praevius; Partus hic non difficulter in Partum Agryppinum permutabatur. Post velamenta rupta, veluti exspectari potuit, Meconium educitur; haud quaquam vero educitur Liquor Amnii; Etiam Liquor Amnii durante Graviditate non effluxit; itaque *Partus fuerunt. Partus siccus.*



*). Duo haec data sine dubio suspicionem movebunt in hac femina existere Uterum, qui est vel uterus bipartitus vel Bicornis; Phaenomena quae priores Graviditates easque perfectiores, sunt concomitata, uti sunt ex. loc. menstruatio, quae primis graviditatis mensibus saepe adfuit, hanc suspicionem verificare vellent.

CAPUT DECIMUM SEXTUM.

---

§. LI.

SPIR. NITR. DULC. ET LIQUOR. ANOD. MIN. HOFFM.


Problema juxta quod ambo haec medicamenta essent medicamenta stimulantia, potest cum veritate convenire, et probabiliter cum veritate congruit: Efficacia autem Horum in illorum exhibitionis sequelis, non est compar. si casus datur quod unicus Haustus vel Dosis horum amborum medicamentorum subito, quodque per vices sumta, unum eumdemque scopum possit obtinere, sic si scopus acquiratur pluribus lentius post se sumtis dosibus utriusque medicaminis, in varios fines perventum erit; aeque verum ac quod Haustus unicus, unius horum medicamentorum ad scopum quemdam attingendum, scopum non solum, verum etiam Mortem

adferre possit: Usus lentus verum continuatus spir, nitr. dulcis in Astheniam; similis usus liquor min. anod. Hoffm. in stheniam ducit: Illud quod in Typho praesertim in Typho Petechiali saepius me puto dilucide observare potuisse.

Dispositiones morbificae.

I. Hominis cujus cum invalitudine corporis pulsus est fortis, cujus actiones et functiones cum majori actuositate peraguntur, cui sititur, cui Intellectus facultates laetius excercentur, cui secretiones tarde perficiuntur, cui somnus Phantasmatibus vivacibus turbatur, talis hominis conditio non injurie *conditio sthenica* appellatur.

II. Homines autem qui cum corporis infirmitate vexantur insomniis tetribus et somnolentia vel quidem sopore, quorum secretiones vel abundant vel flectuntur, qui meticulosi sunt vel insensiliores, quorum Pulsus est debilis, Homines tales cum causa *conditione asthenica* gaudere putantur.



CAPUT DECIMUM SEPTIMUM.

---

§. LII.

SYNOCHA ET TYPHUS.

Consideratio peculiaris harum duarum morborum conditionum ad U. D. fere ut omni potens habita, an non ad G. D. specialem contemplationem merebitur? Synocha U. D. praeterquam quod plenaria ejus assumtio voluntaria sit, id est quod rarissime pura, vel ut Idealis sistatur ab organismo morbosa, sed cum aliis morbositatibus vulgo valdequam cohaerens observetur, sic synocha sub G. D. multo adhuc pluribus premitur difficultatibus; si morborum conditio spastica hodie ad G. D. tantum valens etiam excipiatur, cui dictae conditioni Disharmonia symtomatum; cui Ardoris urentis. cui sitis magnae, cui linguae ariditatis

Deficientiae, cui minor Proclamatio Aegrorum futurae valetudinis merito adscribuntur; ita ut caussi nomen synochae G. D. minus conveniens plurimum detegatur; *Febris* in genere pro exemplo modo sumatur; cursus hujus atque meatus modo contemplentur; ad Terminum hujus enim, ubi Asthenia exspectatur, datur revera sthenia: sic in Typho ubi Pulsus suam lentitudinem amisit, quamdiu vires Reagendi colligere Natura queat, systhema arteriosum se ita intendit, ut nunc saepe in illo systhemate verus status sthenicus et conditio sanguinis stabilis detur; quae conditio cum excitantibus Remediis Refrigerantia combinata exigit. Sed Agedum! Gentili Directioni ut Typhus sistatur, illa sanguinis stabilitate necessario opus est; Sub univ, direct. veritas quidem est, Typhosum miasma organismum adfectum, aeque ac ad Gent. Dir. primum et magnopere inficit nervos; symtomata nervea sunt conjuncta cum Debilitate Reactionis, vel vera vel a miasmate suppressae, maxime compugnanda; haec symtomata quodammodo si silent. vel post morbi moram, in Typho etiam non putrido, invenitur systhema arteriosum sanguineum maxime laborans; et qualitas fluidi illius vivi vel sanguinis tantopere adficitur. ut nisi a debitis medicamentis sustentetur organismus, haec non valet ad finem

perducere saepe morbum; Coagulationem majorem fluidi vitalis cum affine suo (systh. nerv. morboso) sibi exigit morbus: si haec revera tamen dantur ad un. dir. (Aberrationes quales re vera dantur in hoc morbo un. dir., et quae optime a clariss. Hufeland in lucem sunt prolatae, non ad nostram pertinent;) verum, si haec dantur sub un. dir. majorem coagulabilitatem Humorum certe exigebit Typhus sub gent. dir. , alias subsistere non posset; Basin insitionis in solidis, Directionis medificatae ergo, non inveniens, quaerit miasma a nerveo systhemate aliquatenus solutum, Basin in fluidis: Dir. gent. prospicit in eo, quod ex sua Indole fluida firmiora reddat; Nisi illud fieret, Miasma a nervis solutum, fundamentum insitionis frustra quaereret; Percolaretur miasma, absque quod revera Typhus existere dici posset. Praeterea toties sermo fuit de statu morborum sthenico et asthenico, ut Peculiaritates quae ad gent. dir. dabuntur, facile poterunt percipi; sic et egestas observationum hic nullum ignorantiae oppugnaculum invenietur.

Typhus qui revera febris putrida est, maximo in gradu non observavimus, abhinc quibusdam annis; Tamen verosimillimum est, quod ad gent. dir. aeque detur, ac ad U. D.; et si quando dabitur, ex Analogia divinare

auderem, quod dir. gent. terribilia hujus morbi symtomata praebuerit; ita adspectu probabiliter cum vera Peste Levantino maximam habebit similitudinem; Sic Bubones non deficient; tamen quo magis terribilia ista appareant symtomata, eo minor mortis metus; cum hoc Respectu, ut juxta characterem et agnoscantur Aegrimoniae illae et curentur.

§. LIII.

INFLAMMATIO.

Quanti ad G. D. Medici intersit novisse quamnam sedem ceperit Reactio morborum specialior, tam ad morbos (Morb. symtom.) quam ad partes affectas (Hepatit. Enterit) aeque conspicuum redditur: Aeque illud patet in systhemate, ita enim Inflammatio nervi symphatici magni Encephalitidem liquet vicariavisse: Aeque in organo; tali enim modo ad G. D. Peritonitis majorem Hepatitidis vehementiam in se susceperit: sic et huic effato deficiant, mox supplebuntur, quae Peritonitis G. D. in morbi casu a pluribus Medicis curato, absque quod morbi hujus Indoles vel quidem illius Praesentia rectius recognita fuerit, terribilisimam Ascitidem post se reliquisse observata

est; Ab eadem causa Reactionis specialioris derivari si posset ratio quod Peripneumonia Notha propter morbi sedem vel propter Partes in hoc morbo affectas *) minus quae Reactionem specialem curet, †) tam ad G. quam ad A. D. eamdem faciem praebuerit, dilucide quidem illud patebit ad Hepatitidem, splenitidem; sed praecipue ad Enteritidem: ita Hepatitis sub G. D. Phaenomena multo mitiora ostendit, hunc sequi splenitidem, facile intelligitur; si itaque hic morbus specialem modificationem vel mitiorem Indolem praebeat, ita ut fortitudo et Plenitudo vel magnitudo Pulsus, ut ardor cutis, ut sitis etc. minori in gradu existentes deprehendantur; quae Phaenomenorum mitigatio tam a Reactione morborum speciali, quam a systhematis nervei varia modificatione melius deducuntur, sic Enteritis G. D. aeque modificata peculiari suo modo, symtomata vel Phaenomena A. D. magnopere exsuperantia non quidem vi mala, sed claritate, omnino ostendere consuevit; haec Phaenomena ab

*). Etiam genus morbi hujus rei in censum venit: ita enim Erysipelas semicircularis (Gordelroos) directionum discrimen vix indigitare solet. Sed latus corporis oppositum?

†). Rad. colchic. autumn. in hoc morbo prae ceteris Bechicis videtur profutura.

iisdem quae Hepatitidis causis derivata, in hoc morbo G. D. fortitudinem Pulsus, sitem, multam et ardorem cutis indicaverunt, et frigiditas extremitatum marmorea exigua et aegre observabilis est. Cura laxans antiphlogistica quae venae sectionem et fomentationem Refrigerantem, quae Infusum sennae cum Nitro, Extr. Tarax. etc. habuit, quae Liniment volat et solutionem saponaceam quandoque comprobavit, ante omnia in his *dictis* morbis fuit eligenda; Annotatu praeterea dignum est, quod in genere in his morbis, sed in specie in Enteritide Extractum Hyoscyami ad pauca grana formulae medicae additum, saepe versionem morbo faustam conciliare potuerit, praecipue post et morbi et medelae nonnullarum dierum III IV moram; Tali modo videmus Enteritidem G. D. quod suam medelam, Enteritidem A. D. aemulari esse cupidiorem.

§. LIV.

T Y P H U S.

Quamvis casus morbi typhoidei non adeo multiplices fuerint apud nos durantibus aliquibus annis. et illic ubi casus tales dabantur, erant, si non sporadici, saepissime casus erant

dispersi, vel et in unum vel in paucos tantum confiniebantur aegrotos, in una saepe Domo: Tamen vel sic modus moriendi illorum Aegrotorum attentionem meam ad se traxit: Hicce morbus in quo systhema nerveum confestim post Infectionem causae morbosae aboriginaliter est affectum, nunc post virium vitalium exhaustionem corporis, nunc per subactum (Overstelpinge) causae morbosae, nunc iterum quamdam peculiarem corporis Partem praecipue Cerebrum nimis, Topice afficiendo, Aegrotos et saepe quidem inexspectato interficit; Absque ut sectio cadaveris semper Illucidationem sufficientem Mortis suppeditare potuerit: Cum vero sectio cadaveris Aegrotorum Typhosorum mortuorumque aepenumero annotabiles Perturbationes partium organicarum E. L. Materiem purulentam vel conditionem inflammatoriam variarum corporis Partium ac diversis in locis reperiundas, praecipue ad et in ambitu cerebrorum post Typhum indigitare potuit; quasque perturbationes etiam exspectari poterant cum causa; eo melius tamen Medici exinde connubium causae morbosae cum Partibus in hoc morbo affectis, Inspicere didicerunt; cum tamen non semper ejusmodi perturbationes in cerebro vel in ejus vicinitate post mortem inveniebantur, etiam non illic ubi cum causa exspectari potuerunt;

debebat, si neque casus exhaustionis virium vitalium potuerunt prosequi, nec subactus per causam morbosam si causa mortis non fuerunt; causa mortis in aliud quid debebat quaeri: Est haec veritas in Typho dir. un. eo major dabitur in Typho dir. gent. Causa morbi Miasma typhoideum gentilis directionis, constitutioni Epidemiae obtemperaturum, vel miasma Typhoideum cum hac constitutione Epidemica dir. gent. comitata, conjunctum, ita ut haec causa morbifica, comparata cum miasmate typhoideo universalis directionis, magis materialis sit facta, litem vitalem in corpore humano (opportuno) litigatura, caeteris paribus, aliquid praebere valet, quod non potest sub directione universali: Causa mortis Typhosorum haud nota, saepe uti casus sub gentili directione patefecerunt, et erit quaerenda et invenienda, in quibusdam corporis sphaeris (Kreitsen) vel Regionibus; ad quas Reactio se magis exclusive confinivit; in his maxima intentio adfuit; minorem sphaeram quam cerebrum praebentes, tamen Reactionem nimium ad se alliciendo, cum vel sine spectabilibus sequelis mortem morbi hi intulerunt; Sub gentili directione factum est saepe, quod in Typhosis morbis sub facie symtomatum kat Exogen, vel et Morborum symtomatodes, vel spasmi inflammatorii sub specie,

interdum agniti, interdum non agniti casus, saepe et quidem nonnunquam citissime ac inopino in Mortem abierint.

§. LV.

C R I S I S.

Crisis quae data est in Typho cum Typho putrido haud absimili *), fuit lysica; et ut re vera dari detecta est, *cura medica* nisi Ardelionum in more agere Medicus vellet, in hac nostra saltem Individua evanuit, uno tempore cum Lysium Apperitione.

§. LVI.

CONTINUATIO EJUSDEM MATERIEI.

Licet inter Typhum directionis gentilis et inter morbos symtomatodes maxima convenientia detegatur, licet ambo morborum genera saepe dependere videantur ab una eademque causa morbosa, ita ut haec nunc Typhum *) nunc morbum symtomatodes faciat oriundum, tamen literale Discrimen tam Theoriae quam Praxi utile esse debet: In Typho sub gentili directione ad febrem vel ad conditionem peculiarem systhematis arteriosi quod spectat, Proprietas qualitativa datur, quae aliquo in modo convenit cum Febre in genere contem-

*). Calor mordax in hac Aegra *ex. cous.* majori in gradu adfuit.

*). Dolor obtusus occipitis Typhum futurum non raro praesagit, et surditas in dato morbo saepe omen bonum est.

plata: haec uti vidimus hinc ab Ardore febrili usque in quartanam Intermittentem sthenicam abibat: In Typho gent. dir. sine contemplandis consumtionibus localibus ad § Praecedentem putatis systhema sanguiferum vulgariter aeque gaudetur illa crassa sanguinis qualitate ac illud in tota Epidemia observatum est; Hoc systhema durante morbi cursu (Typho) saepe tantopere insurgere potest, ita ut circa hoc systhema (sanguiferum) vera sthenia detur, quaeque igitur Rationi medendi medicae speciales regulas praescribit *) ita ut salibus refrigerantibus, cum venae sectione, etc. interdum combinatis cum medicaminibus excitantibus, uti cum valeriana, et cum Roborantibus, ut cortice Hippocastani etc. conjunctis plerumque indigeantur, Etiam eonditio catarrhalis gastrica in initio morbi curam suam genuinam postulat, ita et laxantium, quandoque Emeticorum †) in multis casibus Diaphoreticorum medicamentorum usus concedi debebit.

---

*). Acetum in his casibus illam opem praestat, quam spirituosa in vera debilitate praestare possunt.

†). *Emetica* vel vomendi vel diaphoresin movendi scopo data, in Typho catarrhali U. D saepe eximiae utilitatis, in Typho gent. d. in quo cohaesio causae morbidae (Rheuma) tam intima est cum humorali massa et in quo systhema Nervosum tantam alterationem subiit, et minoris utilitatis et incertioris operationis comperiuntur.

Formulae quaedam Generales in Typho sub gentili directione usitatissimae.

I. In casu neutro.

R. Infus flor. chamom. ℥viij
Muriat Ammon. ʒj
Rob. sambuci ʒvj
m. d.
S. omni bihorio semivasculum.

II. In casu cum symtom. inflammat.

R. Infus flor. sambuc vel Aq. cort. ℥viij
Nitrat. Potassae ʒj
Acet. vini ℥ij
Sach. albi ʒij
m. d.
S. usus ut Praecedentis.

III. In casibus nervosis debilibus.

R. Rad. valer. sylv. ʒij
Inf. s. q. aquae colat. ℥viij
adde si
Acetit Ammon. ℥ij si
Aether nitr, alcoh. vel
» sulph. » ʒij
Rob. sambuc ℥j — ℥ij
m. d.
S. usus ut Praeced.

Adynamia.

Typhus hujus dir. g. ille mitior qui exstitit hunc nostrum specialem et Enucleationis et curationis modum minus exquisite postulavit; sed vulgariori et quae melius nota est curae libentius auscultabatur.

IV. In Typho concurrente cum Fibra *Laxa*, et Torpida nervorum conditione.

R, Cort. Hippocastan ℥iß
Coq. s. q. Aquae colat, ℥viij
adde si
Liq. anod min. Hoffmann vel spir. nitr. dulcis ʒij
In statu colliquativo.

R. Acid. sulphur. dilut. ʒij
Syrup. Mororum ℥j — ℥ij
m, d.
S. usus ut Praeced.

Quibus dictis formulis Extracta varia medicamentosa, variisque scopis propinata. adjunguntur.

V. In Typho cum Eminenti Phaenomeno vel et symtomate catarrhali, vinum antimoniale Huxhami, et camphora probe soluta, vel in prioribus medicamentorum Formulis pro rebus natis sumta, et modo comprobando commixta, adduntur; vel per se vel modo proprio in Mixtura maximo cum Emolumento comminis-

trantur: quando et interdum opii pauxillum addere? Utile esse petest.

VI. In genere annotari licet.

a. Infus flor. Arnicae montanae.

b. Decoct. cort. Peruvian: licet multum potentia, *in Typho gentil. direct.* tamen, medicamenta generaliora non esse potuerunt.

Plures notae differentiam utriusque morbi indicantes.

Cum vero affectiones locales in quibus Reactio generalis saepe totaliter consumitur, aeque magis aliis corporis partibus, quam Nervis adaequantur, in Typho; dum in morbis symtomatodes, hae magis specialiter characterem suum ostendunt ad Nervos ipsos vel eorum Purgatorea; Ratio datur, quare hic in Typho, Dispelitio morbi haudquaquam cum hoc successu perfici possit, qui in morbis symtomatodes obtinet. Indoles febris magis remittentis naturae, Lentitudo Pulsus, Typho gent. dir. propriae sunt; Medicamenta dispelientia vel quae Passionem nervorum spasmodicam Partis cujusdam vel totius tollunt, in Typho proprie dicto medicamenta generaliora esse debebunt: quando locus consumtionis detegitur, magis nunc una nunc altera corporis pars vel organum peculiarius si est infectum, certo haec

medicaminibus utilibus, quae pro affectis corporis partibus quid specifici continent, auxiliari debent, et cum his Typhus ad finem debet duci; sed falleretur quis, qui putaret operandi virtutem medicamentorum, in utroque morbo unam esse; Saepe quidem peculiaris Passio topica peculiarem opem postulare poterit, postquam morbus typhosus qui talis quodammodo vel et in Totum, est sanatus; Pulsus conditio naturalis tamen reversa esse debet, antequam sanitas putata duci potest existere: Estne haec Passio relicta topia vel Rheumatismus, Phlegmacia vel etiam morbus symtomatodes*), ille remansus morbus topicus non raro est congregatio trium dictarum morborum specierum, si his adest causa gastrica, haec primo amoveri debet; caeterum murias hydrargyri oxydulatus, cum opio, camphora et valeriana, Extr. aconiti etc. multum boni praestant in his morbis relictis.

Typhi casus cum symtomate catarrhali in universum postquam in bonam resolutus est, in duobus Aegris topicam Inflammationem phlegmaciosam Bursarum mucosarum post se reliquit; simili modo Bursas illas mucosas tam Articula-

*). Quod talis morbus symtomaticus ubi residuum Typhi putridi est, procrastinationem dispelitionis exigebit, nisi a methodo communi superaretur; mihi omnino ita visum est.

tionis Humeri, quam genuum inficientem: Hae Affectiones tanquam Phlegmacia (de qua alio in loco) optime medicabantur; et Aegri sed quidem lentius usum affectarum partium receperunt. Eadem haec Passio bursae mucosae Genu alterius in uxore data complicationem cum Febre lênta veram quae subiit et agnovit, utpote' quae Passio topica hujus febris majori cum vigore couspicue exacerbatur, satis pertinax fuit.

§. LVII.

COLLIQUATIONES MORBI TYPHOSI SUB DIR. GENTIL.

Colliquationes quales sunt Diarrhoea, sudor profusus, Haemòrrhagiae in genere impedimenta maxima sunt Medico, morbum typhosum medicaturo; Si sciat Medicus sicut Hufelandius praesentem conditionem inflammatoriam (conditionem subphlogisticam) recognoscere, si sciat in tempore debito sordes gastricas per remedia utilia in morbo typhoso amovere, et quando scit affectiones catarrhales vel derivare, vel resolvere, quae morbum saepe tantopere in longum trahunt; Talis Medicus virium vitalium actionem vel Reactionem in causam morbosam typhoideam. qui rectissime et dijudicare et adaequate aestimare novit, is certe est magnus Apollo; colliquationes tales, quales

nos enumeravimus, tamen nihilominus curae illius medicinali, saepe haud parvo impedimento erunt: Non solum hae colliquationes adeo officiunt Medico medenti, Aegroto saepe hujus sunt sequelae, quod mortem secum vehant; Exhibitio remediorum cum non quo decet modo fieri potest, et vim medicabilem medicaminum adhibitorum cum in nihilum abire faciunt; ita ut per has colliquationes Aeger plane ac ad Mortem usque a viribus saepe spolietur.

I. *Sudor profusus.* A.

Nostra constitutio generalis morbosa, g. d. ea non gaudet qualitale quod in regularem Perspirationis actionem, durante meatu morbi cujusdam generalis possit sperari; etiam non talequid in morbo typhoso exspectari potest: conditio sanguinis compacta, et probabiliter conditio compacta fluidorum systhematis Lymphatici, hincque forte effecta *inagilitas* hujus ultimi systhematis, a rigida solidarum partium conditione *aucta*, quae erit, vel potius si volumus, Irregularitas agendi systhematis Dermoidei, conjuncta cum gentili illa directione, quibus morbi hodierni fruuntur, ut causae praedisponentes et occasionales hujus systhematis Innormalitatis accusari debebunt.

II. *Diarrhoea.* *B.*

Etiam retentio secretionum morbosarum in primas vias, vel et irregularitas harum secretionum morbosarum intra tractum intestinorum, deponendarum jam ad primam morborum Elucidationem, annotatae sunt; tamen vel sic in morbo typhoso, vel in Febre catarrhali quae haud raro in typhum transibat, nonnunquam Diarrhoeam colliquativam observavimus.

III. *Haemorrhagia.* *C.*

Etiam morbis indolis catarrhalis interdum cum statu sthenico conjunctis, qui si causa morbum excitans cesserat, quaeque in Individuo debili directe febrem typhoideam vel morbum symtomatodes effecisset, post diminutam conditionem illorum inflammatoriam nonnunquam Haemorrhagia subsecuta est; quae ut forte ante est passa cohibitionem, nunc haud raro cum Typho conjungitur.

Posthac videbimus nos quod constitutio nostra Epidemica lentiori et Parciori sanguinis eductioni faveret; (E. L. Haemorrhagiae criticae in morbis sthenicis rarior existentia, quoddaretur. In genere etiam Parcimonia fluxus menstrualis quod facta sit) ubi ergo Haemor-

rhagia quaedam abundante in copia datur, respici et cogitari debet; vel in formam morbi peculiarem e. g. in Haemoptysin, Haemorrhahiam uteri etc., vel, in *colliquationem:*

Si Infectio miasmatis typhoidei possit insequi, vel si Aeger praebeat passionem generalem asthenicam, tunc qualitas illius Haemorrhagiae colliquativa nequaquam infiteri potest; Ratio medendi autem apta nunc curam nostram exigit.

a. Non tantum ambae ultimo dictae colliquationes in morbo Typhoso nostram merentur attentionem, etiam illic ubi re vera Infectio miasmatis typhoidei sine Pluribus momentis insequi potuit; Etiam in Typho vero *b* sudor profusus est observatus, et ad mortem usque hicce sudor profusus perstitit. In hoc nostro putato morbi typhosi casu scilicet conditio nervea Aegrae a causa morbosa subacta, Aegram tantopere invaserat, ut praeter sudorem hunc profusum, nullae Peculiaritates in Aegro typhoso detegi potuerint: sudore profuso omnia opacante et adumbrante. *)

---

*). Praeterquam quod permutatio decubitus Aegrae in locum obscurum et frigidiorem omnino fuisset laudanda, tam haec morbi conditio quae revera cauterium physicum dicatur, quam duae reliquae conditiones irrorationem liquo-

4. Tres hae colliquationes itaque merentur simile operae pretium sub gentili directione, quale illae merentur colliquationes ad un. dir. sed an qualitas utriusque est una? Tanquam corpori partes nutritivas deducentes, tanquam fluidis citam adauctam dissolutionem vet conditionem putridam conciliantes, vel signum provectae conditionis putridae praebentes, hae colliquationes gent. dir. nequaquam cum illis colliquationibus un. dir. sunt aequiparandae; Etiam in morbo typhoso et quidem praeprimis in hoc sub gent. dir. magnae ne dicam maximae consumtienes obtinent, uti alibi vidimus; sed organa vel corporis partes, in quibus et ad quas hae colliquationes gent. dir. dantur, non sunt genuini illi loci consumtionis, hi in partibus remotioribus debent consectari, Hic apud colliquationes scilicet ipsas, tantummodo Nutus, in partibus remotioribus Actiones fiunt: certe quidem his Medicus et quidem *primum* succurrere debebit saepe colliquationibus, si cum successu in reliquam organismum aliquid boni efficere valebit. Omnis autem cura impendenda est, ut causa proxima

---

ris cujusdam chlorinini continuam ante ōmnia aestimare velint.

quae saepe indolem spasticam agnoscit, detegatur et solvatur.

§ LVIII.

PHAENOMENA MORBOSA EXCREMENTORUM.

Si sanitas cujusvis hominis continuo sese illibata conservare poterit, ante omnia requiruntur, non tantum Restauratio particularum corporis amissarum, verum etiam evacuatio et amotio materierum usui ulteriori ineptarum, vel ex quibus corpus ipsum nullum Emolumentum amplius extrahere potest; Ultimum hoc vel amotio materierum ineptarum praeprimis respicit in bene regulatam Agilitatem Partium vel organorum, per quae Excretio rudior efficitur: Memorabiles alterationes harum secretionum non omittunt, quin subito phaenomena morbosa majoris vel minoris turbulentae indolis in conspectum prodire faciant; quae eo majoris momenti sunt aestimandae, prout organismus his viis utatur ad causas morbidas varias e corpore eliminandas. Sunt praecipue tria puncta vel potius tres Planities, in quibus secretio fit, quae contemplari debent; Evacuatio alvina,

Emissio urinae et Perspiratio. In morbis corporis universalibus fere omnibus sat cito vitiositates harum secretionum et excretionum oriri videmus; nunc hae sunt auctae, nunc iterum diminutae; Ambae similem requirunt attentionem: Morbus characterem Inflammationis, catarrhi, et status subgastrici in se conjunctum tenens, congruenter cum peculiariter modificata crassitie sanguinis, et cum segniori agilitate systhematis cutanei, aeque indiget bene regulata actione harum se vel excretionum, ac quisque morbus putabilis hac indigebit: Modus autem impedimenta harum emendandi non tamen semper occursationem directam admittet cum Apparatu specifico; alia organa corporis haud semper in intimo connubio cum dictis excretionibus vel excretionum planitiebus versantia, majorem quandoque postulant observantiam; hisque occursando saepissime et Norma alteriarum restituitur; sic exempli gratia venae sectio interdum redintegrat Perspirationem, urinae secretionem corrigit et promovet; si vero non amplius talia dautur Postulata, quae legalem prae Electionem requirunt, et quando vitiositates secretionum vel excretionum nihilominus cum majori minorive morbi gradu remanserunt; vel si ultimum hoc solummodo habuit locum,

medicamenta assumi debuerunt, quae has vitiositates corrigebant: Prae reliquis profuerunt Tartris potassae stibiata, valde diluta, vel parvis dosibus assumta; exempli causa, Tres — sex grana ad vihiculum ℥xij: Extracta Resolventia Extr. tarax, gram, cichorei; Salia Neutra: Extracta Resolventia permanenter erant utilia; Salia neutra optimam opem praestiterunt, Dum Tartarus Emeticus in computationem reliquae organismi maxima gandebat Auctoritate *), esto verum si Tartarus Emeticus dicto modo daretur Aegris, qui quidem aliquamdiu aegrotaverant, sed in quibus non exhaustio vel defectus virium corporis vitalium potius occultatio harum adfuit, sat cito conditio inflammatoria vasorum sanguiferorum oriebatur, quae aliam cautionem postulabat: Si tartarus Emeticus inhibebatur in vero statu Asthenico, praeprimis in sanguinis massae exinanition, exhibitio hujus subito a morte subsequi potuit; Etiam minimis in dosibus vel valdequam licet dilutus, qualitates suas

---

*). Medicamenta memorata, licet nobis suffecerint, tamen generalior usus Radicum 5 Aperientium in morbositate illa humorali omni modo comprobari posset praeprimis illis Aegris in quibus specialius pronitas humorum in conditionem gelatinosam animadvertitur.

venenosas non amittere videtur Tartarus Emeticus; Hoc medicamentum quamvis eximiae utilitatis, Aeque ac Arsenicum locum suum ad venena retinere pergitur, Non fit Naturae humanae Amicus:

Tres dictae se vel potius excretiones sub gentili directione, morborum statum indicaturae, praebuerunt suam quantitatem, qualitatem, sed praecipue suum colorem: Modus primus prae reliquis spectat in secretionem et evacuationem faecum alvinarum; Ultimus modus prae reliquis spectat in urinam copia: Sufficiens normaliter cohaerens, non nimis crassa nec nimis tenuis qualitas faecum alvinarum eductarum, plerumque a perpetuo emendata sanitate concomitabatur; Urina cujuscunque coloris quae nullum sedimentum praebebat, vel nullam nubeculam ostentabat, semper erat urina cruda; Si nubecula praebebatur in urina, aperto opifactio in bonam aderat; Forma quaevis notabilis morbi sub gent. dir. sive haec forma esset chronica, sive esset acuta, nunquam sanabatur, sine quod sedimentum crassum in vitro urinario praeberetur.

Sine Inflammatione saltem sine hujus magna intensitate, secretio urinae tantopere se retinere potuit, ut per sat longum tempus, parca tantum copia urinae omnino nigrae emit-

teretur. Ultimum hoc praeter alia adfuit in Puerulo, aeque ac Fraterculus suus, illo laboranti morbo, qui in omni respectu signa illius monstrabat morbi, qui ad Rhenaniam, (In Rhynland) secundum Doctissimum nostrum *Jan Petersen Michel.* Nomen generet Bofziekte.

Morbus hic apud nos familiaris quandoque Epidemicus consistit in conditione catharrh. inflamm. vel glandularum conglomerat. colli ita [1]. Parotitis, vel inflammatio gland. submax. Rarius Infl. glandulae subling. est; [2]. Inflamm. colli partium extern. vel solius cellulosae genae et colli inflamm. est.

§. LIX.

SAVOIR FAIRE.

Observationes de savoir faire ordiuntur inde a solstitio Anni 1826, quippe quando aeque Permutatio savoir faire ac Proprietas genuina constitutionis Epidemicae se praeprimis praestiterunt: Summa illa Multitudo Aegrotantium in illo tempore est cognita; Indifferentia rerum agendarum, quam Antropoeia in illo tempore ostentabat, jam annotata est; Medicus in uno die magnum numerum Aegrorum visitaturus, accedit ad Aegrum cujus ut Debituri sua refert; Hicce Aeger Medicum arcessivit pro parte ex vulgari consuetudine

et Honoris causa, quae Medicum et Medicamenta postulant; Morbus Aegroti, quamvis haud parvus, illi haudquaquam fuit stimulus fortissimus. Huic Petitioni, rerum omnium indifferentia, ita etiam indifferentia conditionis suae morbosae, opposita erant; Haec Aegrum jam quodammodo a Medicina retinuerunt, ita ut Medicus apud Aegrum visitandum perventus, minime illam fiduciam in Personam Medici ac in Artem medicam inveniret, quam alioquin solebat reperiri; Morbus quo laborat Aeger, licet momentosus, (ponamus) non edit Phaenomena, quae putantur cum Emphasi a Medico impugnanda; antequam Indoles Epidemiae, signa mixta Diatheseos Inflammatoriae catharrhalis gastricae *) gerentis, recte fuit recognita, haec fuit Res haudquaquam insolita; Medicus exempli causa putat, Naturae Labores sine speciali Artis ope Aegrum sanaturos: Hic vero majus Medico incumbit opus, quam spectatorum agere, Fiduciam medicam conservare sciat; quae plura quae omnia valent, et Aegrum et Adstantes, qui forte omnes in aliqua versantur Indifferentia, Medicus sciat in Ecstasin

*). Medicinam aperientem in tali morbositate non tantum conducere, sed apprime esse necessariam, facile intelligitur. Pro cibo ordinario usus rad. Dauci in genere commendari potest.

tenere! Si Medicus praeterea detegit phaenomenon, quod medicamen Heroicum admittit, licet hoc sit simulatum Exempli loco Emeticum, ante omnia Medicus praescribat; Medicus aegrum et adstantes valdopere ad effectum medicaminis sumti attentos reddat; ita Tempus ducitur, fides Aegroti hinc fere semper augetur, vel et Medicus Aegrum attentum reddat, in Medicamentum de tempore in tempus illi exhibitum, quod medicamentum exempli loco se propter saporem commendabit; Plerumque ingratum sed quod saturatum est, est eligendum; hujus Naturae est, cujusque medicaminis utilitatem salutarem saepe conspeximus, est sequens Formula medica.

R. Infus flor. chamom. bene
— saturat ℔j
Sal. mir. glaub.
Extr. Tarax. aa ʒvj
Rob. Sambuc. ℥iʒ.
m.

Vel et quoque Remedium quod penetranti haud ingrato odore gaudet, se perquam commendat, Exempli causa Aether nitricus alcoholicus.

Quodsi Adstantes uti saepius obtinuit, molestias parere incipiunt Medico, optime castigantur eo, quod Aegro multipliciorem et numerosiorem opem inferre cogantur; Hercu-

leus vero labor erit, et vix capescendus, si Medicus putet, in quovis simili casu, omnes incommoditates se a collo suo amovere posse; saepe nunc quidem medicamenta nunc Persona vel Medicus ipse perstringuntur, vel ab Aegro quem Medicus visitat, saepe ab Adstantibus; potius aliquid sive verae sive imaginatae culpae in se suscipiat Medicus; vel culpam praecipue in tertiam Personalitatem transferat; quodsi illud successu gaudet, saepe altera visitatio est honestior: Tale fatum nec cuivis Medico ingenuoso adulabitur, ut perpetuo exerceatur, simul et nequaquam hae custodiae semper et ubivis sufficient; si molestiae magnae sunt, quas vel Aeger vel Adstantes (Necessarii scilicet vel convenientes qui familiae Aegri a Medico visitatae saepe quidem sunt alieni, verum quorum consultatio vel confabulatio saepe hic habetur valida) pariunt Medico, et si duo illi dicti modi ad honeste abeundum, non sufficiunt, Libere Medicus Brutum agat! se praestet Hominem! se praestet virum! se praestet Medicum! Insurgentibus reddat sensibile, nec illorum Personas, neque illorum Possessiones sibi Medico esse omnino necessarias cessio quidem saepe dubiosa erit, sed his factis nec Persona Medicus saepe minoris aestimabitur, verum Aestimatio saepius praecedit, ita ut haud raro

si ulterius ope medica indigeatur, haec iterum ab ipso illo Medico petitur, hic licet laesus non abnuat, sed quodammodo pede incepto pergatur; Medicus si probe laesionem novit ducere, ex facta laesione Emolumentum sibi haurire potest, Animi Affectus stimulatus extraordinarias corporis et animi vires profert; Numerum eminenter magnum Aegrorum bene visitare, his adauctis viribus psychicis Medici valdopere indiget: Nonnunquam tale factum per aliquos dies (saepe plusquam per unum diem) operari poterit.

Saepe Alter Medicus in Praesentia Medici opem praebentis valde ab Aegro sed imprimis ab Adstantibus laudatur; haec vero laudatio est falsitas simulata sui ipsius causa; si revera desideratur Alter Medicus. Medicus Practicus physicus potest et debet illud ex aliis rebus concludere, uti casus fuit in ante dicto Aegro Asthmate laborante; Vera causa obquam Medicus Peregrinus adeo laudatur est, ut, si fieri possit, in se et suos cognatos vel Amicos magis reflectetur.

Haec si concupivissent! vel verbi causa, quando nunc Aegro bella ac cita Medicina erat facta, uti ego illud saepius in Aegris vel in morbis cum symtomate kat exogen expertus sum, tunc Medicus summe tentabatur; Medicus

putans se quodammodo curae factae gavisurum esse, occurritur fastidiose, vel perquam frigide tractatur; Alius Medicus haec (Im Passent) peregit, vel Remedium quoddam *triviale dictum* illud effecit; Ratio nihil valet, Medicus et satisfactionem et contumeliam quo licet modo consumere debet.

Saepe etiam ab Hominibus Nequam omnis gloria, quae Medico ex cura redundaret, uno plausu tollitur; in hoc casu Medicus in aperto indignos adjuvat (vel clanculum ulciscitur) vel quod omnino praestabit, morbum ducit.

Ut breves simus, Epidemia vel directio gentilis a Parte opem indigentium, Genium spiravit malignum.



CAPUT DECIMUM OCTAVUM.

---

§. LX.

MORBI QUILIBET CHRONICI.

Morbi diuturni rarius Unico Medico solam ac perpetuam curam medicam relinquunt: Haec quidem inter plura alia erit causa, quare justa cognitio et justa Ratio hosce morbos medendi tot molestiis ac difficultatibus obnoxiae sunt; Plus adhuc valet haec Nota, quando Medicus morbos chronicos medicaturus, hosce morbos sicut nunc per aliquot annos locum habuit, offenditur, sub directione omnino aliter modificata: Morbi chronici prae reliquis Hydrops, observatus temporibus, quando (Barometer), diutinum altissimumque situm tenuit, vel quando Diathesis stationaria in morbis acutis illam conditionem praebebat, quae Diathe-

sis phlogistica vocatur, non abfuit, quin hujusce Diatheseos etiam Participes fierent Morbi chronici: Hydrops Inflammatorius, Plethoricus sub hisce conditionibus est quidem vulgaris morbus; sic et morbi chronici in casibus huic Diathesi oppositis, characterem valde asthenicum, nervosum praebuerunt. Idaea morbi chronici sine illius mora longa, vel sine illius forte concurrentibus malis organicis computandis, videtur mihi esse sita in fibra laxa, debili, cum aucta copia vel cum alterata qualitate Partium fluidarum: Morbus chronicus cum Diathesi phlogistica participans, supponit fulcimentum majus partium fluidarum a parte fibrae solidae; dum Inclinatio in Asthenicam in Diathesin nervosam, totum fere quantum, fibrae solidae hincque fluidis fulcimentum demit: Prior nisi in extrema abeat, organismo est magis fausta: Hae Res ad universalem directionem tanquam veritates accipi possunt; Morbi chronici ad directionem gentilem, aliter sese gesserunt; signum verum morbi chronici U. D. debilitas, Laxitas cum vita diminuta fibrae solidae, sese transtulit in Partes fluidas: dum fibra ipsa (solida) majorem firmitatem ostendat G. D.

Tandem fit surculus Arbor! Quod observatio triennis, quadriennis vel quinquiennis in

in singulariter. modificatam conditionem corporis Partium morbo chronico laborantium, haud omnipotens Resultatum suppeditare queat, et quod recta contemplatio et indigitatio recta qualitatum ejusmodi morbi, et in hoc fundati medendi modi, officium difficillimum foret, sponte quasi sua patet: Res quae in decursu Epidemiae sunt observatae, impossibile quoque est, quod in initio stipulari potuissent; Amplior Temporis Periodus cum observationibus continuatis requiritur, ut hic aliquid statui possit, quod Perfectionem olet.

§. LXI.

H Y D R O P S.

Accumulationes humorum Lymphatico serosorum in Tela cellulosa, et in variis corporis cavitatibus, reperiundae durante, inter et Post Morbositatem extraordinariam Epidemiae 1826, vulgarissimae fuerunt Res. Peculiare autem harum accumulationum lymphaticarum, quod ad essentiam morbi ejusque medendi methodum spectat, quidem situm erit in Rigiditate dicta Partium firmarum vel solidarum, quae solida, rigida, hosce Humores continent; et nomine erit situm in Rigiditate fibrae solidae firmae: Si medica-

menta vel Remedia quae tam externe quam interne in accumulationes aquosas lymphaticas inhibentur, ducuntur Proprietates possidere debere actionem systhematis lymphatici (absorbentis) augendi, si inagilitas hujus systhematis consistit plerumque in Debilitate Laxitate illarum Partium, (solidarum) Alia res erit si non harum solidarum Partium Debilitas Laxitas, verum Rigiditas dictarum Partium solidarum cum hisce Accumulationibus aquosis et cum lymphatico systh. fluidum spissius vehente se communicata, has concomitatur; Haec quidem causa major erit obquam Aegri cum maximis illis accumulationibus adhuc per longum tempus perrexerunt, sanitate quodammodo relativa frui, non solum, sed etiam quod efficacia remediorum alioqui cum fructu in Hydrope usitatorum, toties in nihilum abiret, vel irritaretur; In Genere annotari potest, quod Potentia medicamentorum quae amotionem aquae collectae perficient, Per hanc Rigiditatem ad directionem gentilem magna Impedimenta inveniatur; utpote quae proprietates peculiares morbis chronicis et praecipue Hydropi hodie omnino propriae sunt: Si putamus exempli causa in Ascitide, vel in collectionibus lymphae aquosae in Pectoris cavitate vel alibi in corporis cavitatibus datis, Amotionem harum col-

lectionum Per Diuretica vel per Purgantia Drastica acquiri posse (Praeter medicamina ad spasmum virginum notata, animadverti poterunt 1mo. Medicamenta quae Potassam pro Basi habent 2do Radix Bryoniae 3tio gummi guttae.) Spes opinionem non raro decipiet nostram.

Praeterea quod data D.G.potentia medicaminum saepe difficultates suas secum vehet,*) E. L. Inter plura alia memorabilia medicamentum exhibitum postulabit fere semper majorem vim intensivam, quam praeprimis In Principio Exhibitionis putato medicamini concedere audemus; cum his intensivis saepius, in casibus gravibus scilicet, aliquamdiu continuari debet, potentia medicaminis additione alterius cujusdam nonnunquam faciliorem facta, sine quod tamen abhis in multis casibus completa curatio medica exspectari possit. Verum est hoc Argumentum experientia quod saepe, stabilivit. Hydropes haud morae longae G. D. a duobus dictis modis. Diuretice et Drastice scilicet) cum successu bono medicantur vel curantur; Recidivi vel meatus chronici, diuturni postulant et dictam medendi rationem, et saepe quoque in Reactionem majorem ducendam aliam Partem organismi: Per curationem ultimam vel sanitas recuperatur,

*). Harum difficultatum Polycholia Rheumatica schema non vituperandum exhibuit, atque excrementorum indicia harum praeclara habent Phaenomena.

vel curationi via sternitur. Paracenthesis saepe quoque hic optimum effectum praestabit.

Nos ascitidem tynpaniticam in femina post diuturnum ac validissimum usum Pulveris compositi ex Aequalibus partibus Resinae Jalappae et Resinae scammonii cum sufficienti quantitate sachari albi in Pulverem fricatarum vidimus evanescere non tamen omnino antequam abdominis perforatio facta est.

Hydrops Anasarca.

Memorabilem casum Hydropis Anasarcae praebuit certus Vir circiter 30 annos natus; Anno 1826 Hic Aeger cum aliquamdiu clade Epidemica laboravisset, Hyeme mox sequente in Hydropem praeprimis Anasarcam inciderat; et postquam primum ope alterius Medici usus fuerat, sequenti vere sub curam nostram venit: Cum in hoc Aegro aliquamdiu medela inhibita fuerat, quae Diuretica, Drastica et Alternativa fuit sine notabili Emendatione, mihi visum est Efficaciam Cantharidum illi utilem fore: Aeger hic si ullus Homo praebebat Temperamentum Boeoticum: Medicamentum constans e parte una Tincturae cantharidum cum duabus partibus Aetheris nitrici alcoholici ab Aegro ad magnam quantitatem sumtum, optime ferebatur; Post usum hujus medicamenti visibilis Exsudatio aquae Lymphaticae percutem fiebat, praecipue

crurum, ita ut Tibialia Aegri quoddam opus adhuc facientis, continuo in calceamentis madida essent; quaeque et saepius permutari debuerunt; Efficacia dicti hujus medicamenti parum operabatur in organa Uropoyetica: *) cum hujus medicaminis usu continuato Anasarca quidem minueretur, sed nunc quasi consisteret morbus, Aegro usus liberalior vini antimonialis Huxhami comministrabatur, quod iterum optimum effectum praestitit, ita ut Aeger nunc consignatius vulgaria sua opificia recipere potuerit; Verum cum receptione horum negligitur usus medicamentorum. Longo tempore post, Hydrops suam pristinam momentositatem recipit; Alter Medicus in opem invitatur, Aeger aegrotat adhuc per quoddam temporis spatium et moritur.

Plethora morbosa Homo Haematodes effigiem columnae marmoreae datus †), sic Aeger

*). Etiam casus incontinentiae urinae D. G. hanc Tincturae cantharidum minorem noxam indicavit. V. c. diabetis p. 348.

†). Morbilli ad finem anni 1829 hic Epidemice grassati, cum minori plethora generali etiam hanc peripneumoniae asthenicae speciem, praebuerunt, in tali casu syrup Pector: cum sulph. aur. ant., conjunctus cum usu spec Pector, in quinquenario sanitatem restituit, Lingua in dicto casu erat virgulata. Etiam haec Epidem. morbillosa agnoscit D. G. ita v. g. hoc Exanthema non excusavit palmas manuum: comitatum se praebuit cum Erysipelate faciei, cum Urticaria. . Existentia morbi in Aegro jam ante morbilloso confluxus morbi cum Rubeolis. (In hoc casu

hic adaequate praebuit Hominem Hydaticum. Si Aeger de novo nostram opem inquisivisset inter alia Appositio cetaceorum haudquaquam neglecta fuisset; In Aegro tam Anasarca hydrope laboranti, ut hic Aeger pro Homo hydaticus, homo Aquarius sumatur, qui tamen bene ambulat, qui adhuc opera quaedam perficit, in quo vero Anasarca permanet, certissime debilitas vel Laxitas fibrarum haud permagna esse debet; Rigiditas fibrarum potentiam Medicamentorum saepe modificata, pleniori jure accipi poterit.

Casus remanentiae morbillorum.

Quoniam nos D. G. actutum de morbis exanthematicis diximus, putari posset de morbillis silentium posse conservari; casus tamen hic morbi remanentiae notam memoratu dignissimam qui habet, in lucem proferri liceat: vel unum hoc exemplum dispositionis morbificae post morbum morbillosum superstitis, G. D. adferemus. Aegra scilicet 17 annos nata, Aetatem puerilem ut mox patebit quae nondum exiit, cum maximo vitae periculo morbillis

non raro Angina pharyngea cum morbo exanthematico conjuncta deprehenditur) haec omnia Diagnosin difficiliorem reddunt, ut verum fateamur, D. G. exhilaratur delusionibus.

aegrotavit, ita ut curae medicinali quidem sanitas quodammodo relativa sit insecuta; Aegra vero ex dicto morbo quam insigniter auditus abolitione est laesa, est *Barueikoia* phaenomenon quod illi continuo multam parit incommoditatem Menstruatio neque ante, sub, nec post morbillosum morbum in actum pervenit; molimina hujus nequidem dantur, sed adest Puellae spasmus (inflammatorius) Mediastini chronicum cursum qui sequitur: Caeterum nulla signa adsunt quae quaslibet perturbatas corporis funtiones monstrarent: Si nunc perpendamus animo, nostrae curae exhibitae mox dicendae, illique activae, quae ferme ab omni visu Artificialis habebitur, tam Auditus restaurationem, quam spasmi fixati Mediastini sublationem. non tantum esse insecutam, verum etiam curae nostrae functio spherae genitalis periodica normaliter quod applicetur, magno illud idcirco nobis erit indicio, etiam morbillos Gentiles esse sui generis Peculiaris.

R. Ung. de Tartar. emet ℥j
d.

R. Flor. zinc. scr. j
Pulv. rad. valer.
» Boracis
» cort. auraut aa ʒiv
m.

R. Extr. Belladonnae scr. j
Spir. nitr. dulc. ℥j
m.

Hydrops Ventriculorum cerebri.

Rustica septuagenaria usque in annum Aetatis suae sexagesimum conditione corporis robusta et extraordinario corpulenta (opima) circa annum aetatis sexagesimum, de tempore in tempus a synocho pituitoso corripitur; hoc fine, ut circa Annum Domini 1826 et jam antea obesitatem amiserit Femina; De tempore in tempus Relativa (sana) sanitate fructa, Anno 1827 Aegra cladis generalis Epidemicae particeps fuit, gravissime arripiebatur, ante omnia frigus febrile erat metum incutiens; ita ut Aegra aliquot Horas (3 horas) omnino mentis impos prostrata jaceret, nonnunquam leviter delirans.

Medicamenta quae directe febrem tollere valent, vel effectu optato carebant, vel contraindicationem sunt passa; Ad summum morbi culmen sequens medicamentum optimum effectum praebuit.

R. Decoct. satur HB.
Arthem. mar. ℥vj
Elixir visceral. Hoffm. ʒiv.
Syrup cort. aurant ℥ij
m.

Annotatu dignum jam nunc ad febris intermissionem est Robur, quod Arteria digito exploranti ostendebat. Abhinc ab hoc dicto morbo Aegra rursus Relativa (sana) sanitate fructa erat, cum illa cum inceptu anni 1828, iterum morbificaretur; brevi post, cura nostra iterum ab Aegra invocatur; Aliquae aegritudo pectoris et praecipue quoque aliquae aegritudo vel dolor capitis observari potuerunt, cum Robore pulsus extraordinario, Appetitus est dejectus; Temporibus antecedentibus Aegra saepius affectiones morbosas Partium imi capitis passa erat; ita ut quaedam Passio apoplectica haud ab negari potuerit Morbi Aegrotae Annorum decem praecedentium (uti nos vidimus) abundantem pituitae copiam secum duxerant; Etiam nunc Aegra pro rebus natis primum Exempli causa Antphlogistice. Antigastrice etc curatur, quae medendi ratlones postremo cum medicamentis Roborantibus uti cum cortice Peruviano cum vino rubro Galltco vel pariter inhibita, vel ultima ratio medendi prioribus subsecuta conjunguntur; cum haec aliquamdiu duraverunt, caput magis magisque inficitur; secretio pituitae cum cura anno priori et hodie exspectata, abunde satis sese obtulit, in veram salivationem transit; Sed Aegra interea valdopere mentis detrimentum patitur; Aegra fit

somnolenta, Arteria retinet magnum robur: In copiam abundantem salivae, quae Aegrotae nunc luculenter impedimento erat, quaeque in screandis sputis molestias pariebat Aegro perpetuas, Ratio medicinalis nunc dirigitur: Decoctum seminum synapios cum additamento Tincturae Myrrhae etc. pro Gargarismate et oris collutione sumitur, Potio medica quae exhibetur,. cum camphora Aeth. nitr. alcoh. soluta, Impraegnatur, et Externe (Incontinentia urinae etiam nunc adest) camphora in Lotionem sumta, fomenti instar applicatur.

Diabetes (g. d.) qui observatus est in Adolescente (Masculo) ortum ductus e continuato corporis Refrigerio, per Bimestrium curam binorum Medicorum elusit, medicabitur hic a sequentibus:

Interne I. R. Camph. tritae ℥j
Nitr. potass. ʒiv
Pulv. g. arab. ℥j
m.

Externe II. R. Olei Therebinth. ℥ij
Ammon. liquid ʒj
m.

S ad Regionem pubis illiniendum.

Casns morbi hic comprobabit *a* causam morbi, acre Rheuma scilicet *b* conditionem systhemat. uropoyet: quae camphoram et Nitrum amant, praecipue ubi haec uti vidimus juvantur a medicamine externo, in peculiari amicitia cum affectis partibus quod versatur; eo majoris aestimanda, cum Aeger, excepta localitate, nulla morbi generalis praebet vestigia.

Hujus Aegri Sanitas completa est facta postquam Tinctura Canthar. reliqua amoverit micturitionis incomoada.

Incommoda copia abundans pituitae et Incontinentia urinae, quae pariunt, emendantur post usum horum medicamentorum optime; Passio capitis vel potius Dolor capitis non emendatur, Aegra licet somnolenta manus saepius in caput movet; Pulsus iterum gaudet majori robore: Robur arteriae jam aliquot annis fortis sensim sensimque adhuc durante morbo ejusque durante cura medicinali tantopere robore est auctae. ut ejus Robur a Digito impossibiliter refrenari possit; Haec conditio arteriae cujusvis Medici invito etiam attentionem movere debuisset: Robur arteriae tale fuit, ut ope Instrumenti mechanici exempli causa ope Horologii magni in illam fortitudinem retineri videretur; Possibilitas existens quomodo Individuum Humanum cum tali robore systhematis arteriosi persistere potuit, nostram citat attentionem. Affectio localis capitis quae jam nunc luculenter Hydrops ventriculorum cerebri est, cum illo arteriae robore *) minime adhuc comparari potest (quod suam intensitatem attinet) quare cerebrum sub hisce conditionibus non superfunditur a sanguine? et quare structura Pulmonum organica non lace-

*). Usus continuatus spir. nitr. dulc. in casibus cum hoc nostro morbo in multum convenientibus, saepe utilis, hic parum effecit.

ratur? Aegritudo multa Pectoris in Postremo, hoc tempore haud potuit detegi: Cum causa mihi videtur et posse et debere supponi, hic in diminuenda phaenomena morbosa, inseperabilia ab Robore illo Pulsus duas circumstantias suum attulisse. scilicet Genuine modificata constitutio Epidemiae, et liber transitus sanguinis ex uno ventriculo cordis in alterum per Pervium remansum, vel de novo dilaceratum Foramen ovale Eustachii.

Phaenomena *morbosa* veluti somnolentia Aegrotae quae de novo iterum cum Paroxysmo febrili augetur, dolor capitis auctus, et frequentior motus manuum in caput, spectant in augmentum Hydropis ventriculorum cerebri; subinde conditio arteriae potius incitatur, quam cohibetur. *) Venae sectio ℥xij sanguinis, et usus sequentium medicamentorum, sanitatem emendatam post se reliquerunt:

I. R. Pulv. rad. ipecacuanh. scr. j
Flor. zinci scr. ij
Nitr. pur.
Pulv. lap. cancr. aa ʒij
m. f. Pulveres no. xii
d. s. quaterde die Pulvis.

*). Digitalis purpurea cum non praesto est, ita et Aegrotae nostrae comministrari non potuit.

II. ℞. Nitr. pur. ʒiv
Acet. vin. egelat. ℥iv
Sachar. albi ʒij
Aquae purae ℔j
m. d.
S. quater de die semivasculum.

Venae sectio dicta et usus memoratorum medicamentorum Emendationem conditionis Aegrotae effecerunt; haec a methodo alterante subsequuntur; et completatur cura medica; adeo, ut Aegra mentis potentiam recuperaverit, at post brevissimam Usufructionem hujus compotentiae, Femina Rustica inexspectato et ilico moritur.

Nota bene! Casum Hydropis Pulmonum G. D. sequens medicamentum optime juvavit.

℞. Decoct. rad. Polygal. senegae ℔j
Pulv. rad. scillae scr. j
» succ. liquir scr. ij
m.

Alter hujus morbi pectoris casus cum sputis copiosis viscidis, cum oedemate manuum et pedum qui exstat, quique complicatiorem medicinam habet, hanc senegae virtutem in Hydrope pulmonum gent. dir. ab omni parte confirmavit.

§. LXII.

T Y M P A N I T I S.

Vigente D. G. unicum tantum casum verae Tympanitidis nos per longum tempus sub nostra cura tenuimus cum spe salutis vicaria: Aegra vitae sedentariae erat assueta, vitiositatibus concoctionis ciborum saepius erat subjecta cum constitutione Pectoris pituitosa: Post morbositatem nonnullarum dierum, Abdomen valde extendi coepit; continuo Tussis sicca adest, haec tussis cum intermissionibus permansit; Provectiori in morbi Periodo spuuntur sputa assuetis pituitosis dissimilia, quae duae variabilitates sputorum vel siccitatis in hac Aegra directionem hodiernam gentilem mihi abunde satis declarare videntur: Ad Examen Abdominis semel tantum cum certitudine sonum strepentem signum characteristicum Tympanitidis observare mihi licuit; fere ab initio morbositatis Tumor oedematosus pedum adfuit; Adstrictio alvi aegre superari potest. Medendi ratio partim narcotica partim laxans Aegrae est commodissima; Gummata resolventia, Medicamenta resolventia et Roborantia Tonica cum variantibus Indicationibus, externe Linimenta et fomenta Resolventia, stimulantia et Roborantia

per sat longum tempus exhibentur et appli_ cantur; Interdum notabilis Emendatio status morbosi percipitur, quae cito a malorum augmento subsequitur; cum haec aliquamdiu duraverant, et in animo esset Paracenthesin Abdominis instituere, reliquit nos aegra, et aliam inquisivit opem; Aegra aliquibus septimanis post nostram medelam mortua est sub cura alterius Medici: quemadmodum fatum infelix quod mihi semper evenerat; De hoc Themate (Tympanitis scilicet) stabili et classico Tractatu non solum carere debere, verum etiam Doctrina vocali carere debueram, primum in hoc tempore ita quoque casualitas usus morem Troicarti in Tympanitide*) me docuerat: Ad haec accedit, quod licet non ex aperto tamen a latere, si non a fronte tamen a Dorso addicamur de verisimilitudine aliena Tympanitidis, vergunt in Ascitidem; respectu, tam cito Tumores pedum oedematosi accederunt, et adhucdum adsunt: signum tamen characteristicum

*). Experimenta hujus operationis bis tam in hoc morbo (Tymp.) quam in actu mensium aberrante facta, bona resultata dederunt. Casus hic in Haemorrhoidum Baccalaureo post Passionem Ep. gent. multarum hebdomadum datus Justitiam perforationis abd. clare indigitavit. Huic casui continuo status corporis oedematosus adfuit vide casum Hydropis ascitidis parentis vel specialius med. ex Resina Jalappae et scammonii.

soni strepentis in abdominis examine semel sed dilucide satis recognitum, combinatum cum Respiratione difficiliori, pro adaucto vel diminuto volumine ventris nunc pejori, nunc meliori; signa spasmi nunc hic nunc illic prodeuntia et plura alia talia de veritate hujus vel Tympanitidis praesentia sensum meum haud vacillare possunt; quod in tempore protracto verae accumulationes Lymphae tam in Pectore quam in Abdomine adfuissent. vix fere dubium patitur; Morbus primarius autem fuit Tympanitis, verum sed quod ad summum spectat, est hoc: Formificatio morborum ipsa sub G. D. saepe erat fraudulenta; si morbi formam tenebamus, tam diu quam possibile, et tam diu quam necessarium erat, retinere debuimus; saepe enim fuit.

Hodie Mihi! Cras Tibi!

§. LXIII.

I C T E R U S.

Hicce morbus se frequentissime obtulit; cura medicinalis resolvens vel cura remediorum ad §. LV. notatorum, prae caeteris Extracta resolventia cum sale Polychresti (sulph, potass. sulphur.) et similia cum foliorum sennae Infuso curationem omnimode perfecerunt in hoc morbo; absque ut ad genuina in Ictero intensivam specificam vim possidentia medicamina

saepe confugi debuerit. In casibus pertinacioribus haec medicamenta sustentabantur ab Linimento volatili, vel ab Linimento e partibus aequalibns olei Laurini et unguenti Neapolitani leniter super Abdomen perfricatorum; si curatio nunc non succedebat, cum fructu data sunt Gummata resolventia ex. caus. Gum galbanum (assa foetida) cum sapone albo et extractis resolventibus; vel validiora sunt data Gummata ex. caus. Myrrha cum extractis amarioribus, Extr. centaur minor, Extr. chamaemili cum aloe et cum *Sapone Albo* in Pilulas confecta; vel et Pulvis curcumae, Gentianae Proficui sunt inventi.

§. LXIV.

CONSTITUTIO STATIONARIA. *)

Conditio morborum quoque sub gentili directione quae obtinet, imitatur, sed forte citius procedens, conditionem morborum generalium sub universali directione quae sistitur, *imitatur* in eo, quod plerumque aliquamdiu *conditio stationaria* observetur, quae conditio stationaria gentilis directionis tamen citioribus Permutationibus erit obnoxia, quam in simili conditione stationaria directionis universalis deprehenditur.

*). Tubarum meteorologicarum utilitas quam Medicina hodierna aestimare novit, nullam *directionis differentiam* patitur.

CAPUT DECIMUM NONUM.

---

§. LXV.

PHTYSIS PULMONALIS PRIMARIA.

Licet phtysis pulmonalis pro numero Aegrorum morbis Pectoralibus laborantium, ducente morborum gentili directione, sit morbus rarior, quam quae cum talibus conditionibus sub directione universa observari solet; tamen haec constitutio. morbosa cum D. G. vigens, minime hanc praecavet, si causae occasionales continuo pergunt agere; et ante omnia haud praecavet haec constitutio Epidemica hunc morbum, si proprie dicta causa praedisponens vel Habitus phtysicus simul datur: Sanguis crassus tenax constitutioni Epidemicae proprius, cum causa concludit in circulationem lentiorem pervasa, et in majorem cohaesionem partium constitutivarum sanguinis ipsius; Non solum cavitas Pectoris etiam reliquae corporis

partes in quibus ad morbos sthenicos solemus observare Haemorrhagias criticas, testantur hanc qualitatem systhematis sanguiferi. Quod hic non aliquae genuine mutata conditio nervea subesset in causa, quisnam inficias ire vellet? *)

Dictae corporis partes testantur hanc qualitatem sanguinis eo, quod in hisce corporis partibus, pro computatione quantitatum vel multitudinis morborum sthenicorum, haec phaenomena critica tam rara sint; neque haec sunt cuncta, nempe rarior existentia Epistaxeos, Haemoptyseos, aut fluxus haemorrhoidalis criticae vel quae mensium ope fit: Fluxus ultimo dictus vel fluxus mensium ut functio naturalis, ut Necessarium quid Foeminae consideratus, est rarior; si haec veritas minus esset fundata. haec functio Periodica multo parcior est; Possunt si haec omnia traducta in *organum* in quo praesertim Phtysis in suis perfectissimis phaenomenis et sequelis observatur, possunt si haec ad Pulmones adaptata, in minorem

*). Hanc majorem, affinitatem utriusque systh. monstravit nobis colica menstrualis G. D. cum quavis periodo paroxysmum quae habet, quae quoniam eolica multum commune cum verminoso apparenti indicavit, curabatur, a

R. Flor. zinc. ʒj
Pulv. rhei gum assae foet. aa ʒij
Sapo alb. ʒiv
m. f. pilulae.

morborum hujus visceris activitatem ad dir. gent. quam sub iisdem conditionibus ac circumstantiis concludere, data sthenia ad alm. dir.; minor activitas Pulmonum ad dir. gent. sthenia tanta quanta sumta, adjuvatur a directione gentili in eo, quod Arteriellitas non aeque ac ad universalem directionem obtinet, in Pulmonibus, verum in Pleura reperiatur.

Casus Morbi.

Junior caeterum plerumque uxor sana in Puerperio a causa Epidemica infectatur, et sine quod in initio morbi multum curatur in opem medicam, diu in statum imbecillem retinetur; Puerperii et Lochiorum fluxus fere toti quoti abfuerunt; post lapsum temporis cura medica inhibetur: conditio pituitosa et concoctio ciborum vitiosa, sunt primo maximas molestias parientia Phaenomena morbosa; Prout haec conditio morbosa emendatur, causa Epidemica vel causa morbi propria valdopere organa haemorrhoidalia inficit, sine quod haec opifactio in verum fluxum Haemorrhoidalem mutetur; cura medica inter statum pituitosum intensiva; nunc prout rerum status illud postulat, fit Passiva, Palliativa vel lenis; postquam scilicet organismus significavit, se Laborum Haemorrhoidalium nulla movimenta toleraturum; fit uti

diximus cura Palliativa ac Lenis: Tamen vel sic inter remanentia mala haemorrhoidalia, Pectus magis magisque afflcitur: Raucedo Tussis et sputorum sputatio sibi invicem subsequuntur; *Febris Hectica* jam hinc ab initio morbi forte praesens, sed tunc temporis vel Indolem suam haud clare praebens, vel hac Indole Hectica nondum gavisa *Febris, est nunc gravis*, in statu provectiori Phtyseos characterem habet inflammatoreum, ita ut venae sectio ℥vj revera adhuc utilis fuerit; absque ut uno vel alio modo Aegra in vita conservari potuerit: Paulo ante quod Phtysis sese quae talem praestitit, accidebat abscessus ad Perinaeum, qui apertus, paucum Puris, nullam vero mutationem in conditione morbosa Aegrotantis effecit: Si unquam in Exercitione medica, imprimis in Phtysi Pulmonali gentilis directionis Proverbium, hoc Recordatione dignum erit:

Fronte capillata Post est occasio calva. Phaedrus.

Casus alter morbi.

Junior Gravida fere jam pariter cum conceptione ab Affectione Pectoris morbosa affi-

---

*). In majori corporis et praeprimis tubi intestinalis siccitate serum lactis biliosum utile habendum; in majori fluiditate serum lactis aluminosum expedire solet, quod in febre hectica omnino recordandum est.

citur, et de majoribus minoribusve Respirationis difficultatibus cum Raucedine patitur; tamen vel sic, ut sanitas caeterum quodammodo relativa adhuc per sat longum temporis spatium continuetur: Circa Graviditatem dimidiam phaenomena morbi fiunt pejora et ingravescunt, Difficultas Respirationis augetur, Tussis sicca adest, a concurrente vel adaucta Affectione spasmodica Asperae Arteriae Ipsa Loquala est difficillima, vox est rauca: Etiam organa Gastrica participant cum statu morboso, Appetitus est exiguus, sedes est lenta, Lingua est obsessa et ostendit Epidemiae in Genere propriam morbosam Gastricam conditionem: Pulsus ostentat validissimam conditionem inflammatoream, tamen vel sic ut observatio Clarissimi *Portal* adhuc recognosci possit, quippe qua observatione status Hecticus vel Indoles Hectica febris definiri posset; nam secundum hanc observationem. Pulsus Indolem Hecticam febris indicans esset frequentissimus; Arteria non plane evacuaretur, ita ut Pulsus adhuc sentiretur ulterioris vel praegressae Diastholes, quando haec a sequente recentiori systhole coacta et subsecuta, Remotiori vel novae Diastholi rursus cedere deberet; etiam una Diasthole alteram Diastholen magnitudine, anteiret: Summe momentosa videtur haec esse

observatio in casibus. Indolis quale gaudet Phtysis pulmonalis sub gentili directione. In prima nostra observatione Phtyseos Pulmonalis haec qualitas Pulsus non nisi forte sero recognosci potuit; etiam casus hic minime duci potuit, tam aperto Phtysin effecturus. In casu nunc subjecto tamen confestim dignosci potuit: Etiam casus tertius de quo dicetur, hanc Pulsus conditionem optime cognoscibilem reddidit; In illo tertio casu in Praedispositionem Haereditariam erat animadvertendum, jam nonnullae sorores hujus Aegrotae Phtysi Pulmonali interfectae erant; Etiam Aegrota tertia nostra adaequate repraesentat Habitum Phtysicum: Ultimum hoc de Femina secunda, de casu morbi phtysici secundo, vel de Femina Gravida, non tam libere contendi potest. Haec libere statui poterunt, si observatur illa Pulsus conditio in Pectoris (asperae Arteriae) morbis, quae congruit cum ea quae a Clarissimo Portal ad Indolem Hecticam indicantem refertur, ita cum certitudine computari potest, nisi hac illave accidentia, quae iterum tollere hanc conditionem valet auferatur haec conditio sive illud tollere forte a Natura, vel potius ab Arte medica perficitur, Haec humana organismus vel hujus Functiones vitales intra tempus statutum vel non statutum, sub Forma Phtyseos rosolventur; certe quidem non

in omni casu Amotio illius qualitatis Arteriae jam dictae, in ipsa Arteria tanquam causa morbi proxima et quaerenda et invenienda erit, sed plerumque in Partibus remotioribus erit perscrutanda, uti sunt cavitas Pectoris et Aspera Arteria; ultimae saepius maximam attentionem merebuntur, a Parte curam suscipientis; Prima vero essentiam ultimarum assurabit Partium conditionis cum his videtur posse accipi; ubi Phtysis Pulmonalis datur, saepe illa conditio pulsus adest, et forsitan semper adest; non tamen semper conditio illa Pulsus agnosci potest; (sponte sua sequitur, quod hic de conditione Hectica sit putandum) illud non agnoscere inter alia nunc in conditione nimis sthenica Arteriae vel Partium affectarum Pectoris cavitatis vel Asperae Arteriae, vel in conditione spasmodica nunc dictarum Partium nunc Partium ab his remotiorum, videtur consistere, causae quae hanc Arteriae vel Pulsus conditionem obnubilare forte valebunt; si nunc illi Pulsus qualitati addimus, tam annotabilem emaciationem Partium inferiorum Brachii, praecipue in vicinitate Metacarpi, vel et Brachii venarum pellucentia singulusque illarum cursus si spectatur et hoc unum et alterum cum affectione locali Pectoris vel Pulmonum et Asperae Arteriae comparamus, statim in Phtysin concludi poterit;

memoratu dignum vero semper hoc manebit, illa conditio morbi exspectatur temporibus morbi provectioribus, vel in stadio provectiori Phtysios ille morbi status exspectatur: jam in initio morbi in morbo simili universae directionis, vix qui talis quae Phtysis recognoscendus, cum fere insensibili febricitatione inprincipio ad un. dir. comitatus, in principio morbi forte sine notabili macie metacarpi et partium adjacentium ad universalem directionem; nunc sub gentili directione morborum Phtysis jam in initio sese cum notabili febre; jam in initio sese Emaciatione perquam notabili Brachii inferioris et Metacarpi, cognoscendam facit; Haec certe in peculiare quid respicient: Porro sub cura audaci inter numerum aegrotorum haud contemnendum multos conspicere e Phtysi sanari, Nobis gentili directioni quamdam magniaestimationem non negandam dabit. Quod ad exhibitionem medicamentorum spectat, fortasse hoc observari poterit. In Emendanda Affectione locali Pulmonum et Asperae Arteriae (Phtysis gent. dir.) in Infarctus spasmodicos vasorum serosorum respiciente, Exhibitio medicamentorum Thoracicorum resolventium, ex Regno minerali sumtorum, uti sunt Exempli loco *Kermes mineralis*, simili modo operantibus Medicamentis ex Regno plantarum sumtis; uti

sunt Exempli loco *scilla*, postponi debet; Ultimis a meliori successu subsecutis. Si nos in recognoscendum hunc morbum pectoralem tanquam Phtysin tam peculiariter *Febrem* (Arteriae pulsationis conditionem) cum dicto morbo conjunctam, contemplati sumus; haud minus pretium huic concedi debebit, ad curationem; conditio corporis universa plane a conditione hujus dependet; sine aestimatione pretii hujus, non de amotione morbi localis vel Phtyseos cogitari potest; *Febris* *) hunc nostrum morbum comitans saepe sicut praecipue in hac nostra secunda Aegra adeo erat inflammatorea ut venae sectio liberalis in initio curationis institui debuerit, et ultima haec operatio ab usu liberali Nitratis Potassae debuit prosequi, †) cum hoc saepe Methodus antigastrica combinabatur: In his nimirum casibus (scilicet cum conditione catarrhali inflammatoria) conditio gastrica in plurimis Phtyseos casibus, praecipue in priori morbi stadio, maximam vulgo merebatur attentionem; ita ut Infusum fortius foliorum sennae cum cremore tantari,

*). Febris G. D. varios morbos comitata in genere naturam praebet synochi catharrh. inflammatorii.

†). Infusum theae forme Herbae Hederae terrestris cum oxymelle stmplici quandoque et in hoc morbo conducere potest.

tamarindis vel cum aliis salibus neutris et Mediis opipare inhiberi debuerit; cum his simul proprie dicta medicamenta thoracica ut Rad. Ipecacuanh. Rad. Scill. etc. una et sub altera Formula porrigi potuerunt: quaeque saepe sat cito a successu bono subsequebantur; saepe remedia ultima cum genuinioribus medicaminibus spasmodicis conjungi debuerunt, vel et ultima quae talia tanquam medicamenta spasmodica praeelectionem merebantur, uti exempli causa flor. zinc. in combinatione cum Ipecacuanha et Pulv. Lap. cancr., vel cum aliis narcoticis medicaminibus, ut extract Hyoscyami. Ultimus saepe dabatur casus quando vel conditio inflammatoria cesserat, vel si haec notabilis non erat.

A. Spasmus Inflammatorius Asperae Arteriae.

In Femina cive post actum morbum scarlatinosum, qui morbus cum diuturna conditione Inflammatoria conjunctus fuit, quaeque conditio inflammatoria a nimio calore lecti in Aestate videbatur esse promota, accidebat annotabilis spasmus inflammatorius Asperae Arteriae, qui in Phtysin laryngeam minitabatur transiturus; vox et loquela fere per totum aberant, combinatio Nitr. pur., pulv. lap. cancrorum cum

flor. zinc. paululum extr. Hyoscyami cum mercur dulc. hunc plane sustulit morbum.

B. Alter casus morbi.

Fere idem casus post scarlatinam dabatur in puero Rustici Filiolo; in hoc oriebatur totalis Impotentia, loquelae, (Aphonia) quae impotentia loquelae per longum tempus permansit, in hoc aegro periculum Phtyseos laryngeae non tam eminens videbatur, quam in casu praecedente; Etiam febris cesserat; Plura signa scrophularum ortarum detegenda erant; combinatio medicamentorum plus minus ut mox praecedens cum sulph. aur. ant. gravata, pedetentim loquelae potentiam reddidit, et mala scrophulosa cessarunt.

Angina Pectoris gent. direct.

Ipsa Angina pectoris vel spasmus inflammatorius Bronchorum (Broncheitis.) sub gentili directione excerit cum sua qualitate inflammatoria, tantam saepe spasmum, ut Respiratio hinc minitetur; et debet hic morbus saepe post venae sectiones, post salia refrigerantia genuine spasmodice tractari, ita ut combinatio medicamentorum resolventium uti mercurii dulcis cum antispasmodicis uti opio, extr. Hyoscyami postuletur, ut hic spasmus resol-

vatur; Experientia et Idaea hac fundata Affectionis catarrhalis cum spasmo inflammatorio conjunctae, his camphoram tanquam remedium multum efficiens adjunxerunt. Ad nomen Anginae pectoris forte cogitabitur de Extravasatione magna Bronchorum, haec forsitan respirationem minata est; quando autem post venae sectiones, salia refrigerantia, vel post in progressu adhibitam medelam antispasmodicam, spasmus cessit, eductio sputi unius respirationem liberam reddere potuit. Etiam sputatio insequens non semper tam annotabilis erat, ut haec tanquam unicum respirationis obstaculum haberi potuerit: Genuine modificatus spasmus inflammatorius vel solus spasmus est itaque, quae magnam secum ducit momentositatem: Hic spasmus sive major sive minor inflammatorius non a sola antispasmodica medendi ratione tolli potest; si status inflammatorius vel si conditio gastrica vel et rheuma si cesserint, vel etiam durantibus dictis conditionibus spasmus consignatius considerari et tractari debet; medicamenta antispasmodica his modis interdanda sunt, simul cum his porrigi debent, vel postea haec medela antispastica consignatius inhiberi debet; non una in vice ad morbum subigendum, minime: sensim et conjungendo antispasmodica cum medicamentis utilibus uti cum Muriate

Hydrarg. Oxydul., Camphora, Hydrosulphuret Oxydul. Stibii, Sulph. Oxyd. Stibii Hydrogen etc. morbus spasmodicus vinci debet. Saepe remedium quoddam externum (Sc.) Linimentum volatile vel solum vel cum tinct. opii vinos unitum, interdum et cum spir. vin. camphor; conjunctum in hac conditione spastica, inflammmatoria fixa cum Emolumento, sic etiam in eodem et simili secundo casu Phtyseos vel feminae gravidae morbi casu cum fructu usurpabatur. Vesicatoreum et *Cortex Mezerei* in morbi phaenomenis emendandis prodesse poterunt saepissime.

Casus morbi tertius (Phtyseos) vel casus Feminae cum Habitu Phtysico.

Haec Femina ut brevi ante peperit Infantem, cui non praebet mammas, laborat simul exanthemate aphtoso vel miliari, ad mammarum circumferentiam; Puerperii et lochiorum fluxus in puerperio suo fere totus absfuerat; Hic tertius morbi casus adjuvatur ab usu remedii sequentis.

R. Pulv. rad. scillae scr. j
» Boracis ʒij
Crem. tartar. ℥j
Nitr. potass.
Pulv. rad. Altheae aa ʒiv
m. f. Pulv. d.

S. omni Bihorio Digitale (vingerhoed) cum lacte recenti sumatur.

Phtisin G. D. porro quod attinet, sic in aestu inflammatorio erysipelatoso acidum sulphuricum dilutum, expedire in Laxitate organorum pectoris et in Laxitate corporis generali Gummi Myrrha et cortex perudianus, in statu chlorotico etiam post curam datam factamve remanso, Martialia prodesse poterunt; vel et Balsamica sint utilia in multis phtysium casibus levandis sed phtysin ipsamin initio sanabilem per salia et medicamina dicta pectoralia, in stadio provecto nequaquam mederi et haec pollebunt.

Epidemia si nos docuit, audacem ac temporaneam curam medicam multos phtysium pulmonalium casus medicabiles vel sanabiles reddere sub dir. gent. prima harum nostrarum observationum aeque docuit, occasione elapsa etiam sanabilitatem hujus momentosissimi morbi praeteriisse. Quam sequens observatio confirmabit: Puellula constitutionis tenerioris fere a prima sua Infantia Atrophica est: inter admissam causam Epidemicam generalem anni 1826 haec Atrophia magnopere sese evolvit; viscera abdominalia valdequam extendebantur, vel volumine adaugebantur; Tempore autumnali anni sequentis afficitur aegra valdopere a labe catarrhali gastrica, quae pro parte vel in genere emendata, a peripneumonia Notha terminatur; inter

harum morbi conditionum emendationem, amittitur Atrophia et volumen abdominis diminuitur; Viscera abdominalia fere ad Naturalem statum redierunt. Verno autem tempore anni 1828 talis quae anni praecedentis labes catarrhalis determinatur in spasmum Inflammatorium laryngis vel Bronchorum; curatio inhibita Phaenomena morbosa, partim quae emendavit, non impedire potuit, quin affectio topica laryngis sensim sensimque in Phtysin laringeam ac tandem in Phtysin pulmonalem abiret; omni ope in nihilum versa. Lichen Islandicus postremo tempore qui opem ferre videbatur, nec sputorum ejectionem emendare, nec consumtionem virium vitalium et partium pectoris organicarum deletionem praevenire potuit.

§. LXVI.

PAROXYSTICE AGERE VIDETUR EPIDEMIA.

Nos si vidimus Exemplum Hydrocephali acuti in Infante unius et dimidii anni; si nos post recognitionem morbi illius specialis, et post huic morbo adaptatam Medelam, bonam Emendationem, imo, sanationem illius morbi capitis si sequi vidimus; Post temporis lapsum 6 vel 8 mensium Patientula haec de Improviso a

symtomatibus Epilepticis vel potius a vera Epilepsia tangitur; *Phaenomena morbositatis* absque quod respiciatur in ipsam Epilepsiam, cujus Paroxysmi sine adstrictione Apyrexiarum nonnunquam mox sibi invicem subsecutae sese offerunt et quidem magna cum vehementia se offerunt, Phaenomena morbositatis nempe (exceptis illis) indicabant morbum catarrhalem gastricum: In suspicionem vermium aeque latentium sequens praescribitur.

Mart 22.

R. Pulv. sem. santon
Vin. ant. Huxh. aa ʒj
Syrup. comm. ℥ij
Infus rad. rhei ℥vj.
m.

Post usum hujus medicaminis, Paroxysmi Epileptici minuebantur; non vermes verum multum pituitae tenacis cum sedibus abiit.

Mart 25.

Phaenomena morbosa *febris* catarrhalis gastricae multum diminuta sunt; Paroxysmus autem Epilepticus de tempore in tempus renovatur; Patientula etiam extra Paroxysmos Epilepticos, spasmo fixo pulmonum et asperae arteriae est affecta; ita ut vagitus difficilis sit, et Paroxysmus Epilepticus cum quovis vagitus tentamine se renovare minitetur. Pati-

entula pro aetate sua gaudet perquam robusto sano corporis habitu; est Eusarca; succulentia vel conditio Humorum Plastica, quam jam Idaea morbi praecedentis vel *Hydrocephalus Acutus* secum duxit, aperto cum provectione aetatis non solum remansit, verum etiam est aucta; conditio morbosa Lymphatica Plastica, quantum Epidemiae propria esse potest, itaque recognosci debet,

Ad Mart 31. *Praescribitur.*

1. R. Flor. zinci
Merc. dulc.
Pulv. rad. scill. aa gr. x
Nitrat. Potass. ʒij
Sachar. flav. ʒiv
m. f. Pulv. *d.*
S. quater de die parv. cochlearculum.

2. R. Sal. mir. glaub. ʒiij
Extr, dulcamar. ʒiʒ
Succ. liquir. ʒ β
Aquae Purae ℥v
m. d.
S. omni bihorio semicochlear.

April 2.

Infans versatur in conditione quodammodo emendata; Affectio spasmodica pulmonum et asperae arteriae aliquatenus est levior facta; ita ut vagitus non amplius tam difficilis sit, Morbus

pectoralis dilucide est Angina Polyposa membranacea; ad sonitum vagitus dijudicandum, membrana vel plus vel minus organisata, quae unum pulmonem vel unum Bronchum et latus dimidium vel unam parietem asperae arteriae occupavit, jam liberior laxior evadit; etiam cum tussi Pituita tenax solvitur; Protelatio in qua Morbus pectoralis fuit, constitutioni Epidemicae et directioni gentili est tribuenda: sua extraordinaria Implicatione nervea *) (nunc systh. cerebr.) directio gentilis multas morborum formas obumbratur, et tenebrosae hae saepe sunt recognitu: Suctio Infantis in Mammas Matris adhucdum et in computatione cum habitu Infantis multo longum extensa, cum causa desuadetur; et Diaeta parca utilis habetur.

April 16.

Licet cum Angina polyposa Morbus pectoralis abierit, Paroxysmi epileptici tamen de tempore in tempus redeunt, absque quod Typi norma ullo modo conservetur.

---

*). Implicatio nervea in morbis Lymphaticis Plasticis ad un. dir. genuine dependens a systhematis symphatici Reactione, et potentiae visum levius tangentis, ad gent. dir. dependet a systhemate cerebrali: Potentia illa nervea in hisce morbis sub un. dir. minus notabilis, occupat sub gent. dir, sedem notabilem.

Praescribitur.

1. R. Tartar. emetic. gr. iv
Extr. rad. valer. ʒij
Syrup. comm. ℥j
Inf. fol. sennae ℥vj
m.

2. R. Pulv. rad. Arthemis vulgar. ʒvj
d.

Utrum Efficacia Arthemisiae in nostra Patientula ab Epilepsia tacta, sufficiet Epilepsiae sanandae, tempus expedire debebit; saepius usi sumus hoc medicamento in Epilepsia, saepe fuit.

Talis Formula.

R. Pulv. rad. Arthem vulg. ℥β
Sachar. albissim ℥j
Olei cort. aurant gt. iv
m. f. Pulv. *d.*

S. omni bihorio cochlearculum.

Saepe optimum vidimus effectum post usum Arthemisiae vulgaris in Epilepsia; sine quod haec Radix hunc morbum omnino tollere potuit; utrum illud dicandum sit nostrae exhibendi Rationi, utrum stasi Epidemicae tribuendum, nos hujus rei ignari sumus.

Epilepsia (gentili directione) *quoque immaterialis sisti potest.*

In uno casu Epilepsiae dato in virgine nubili in qua omnes reliquae functiones ad normam excercentur, Radicis

Arthemisiae Probitas pariter negavit, qui casus morbi cum nullam causam materialem aestimabit, sed in destructo aequilibrio et corporis Irritabilitatis et ejus sensilitatis incerto tempore typum facienti, qui consistere videtur, Experimentum fiet cum Lamellis plumbeis, positis in loco congressus majoris utriusque dicti systhematis virtute superantis, arti medicae admodum permeabili; In ambobus. Inguinibus hae Lamellae plumbeae applicabuntur et gestabuntur; quibuscum concurritur haec formula

R. Nitr. pur.
Magnes alb.
Pulv. cort. aur. aa
Semiunciam m.

Angina Polyposa statim recognita sub gent. dir.

Infans 4 vel 5 annorum afficitur ab hoc morbo; adest Tussis, Respiratio est difficilis, vox clangulosa etc. quae Indolem morbi indicant adsunt signa.

Praescribitur.

R. Pulv. rad. Ipecacuanh. scr. j
Muriatis Ammon. ʒj
Rob. Ribesior
Mel. Commun. aa ℥ij
m. f. Linct. d.

S. omni hora duo cochlearcula.

Emplastrum vesicatoreum magnum ad partem sterni superiorem apponitur; et pro potu acquirit Patientulus Theam fortiter saturatam cum HB Hyssopi cum Oxymelle simplici conjunctam: Post horum usum cito conditio Patientis morbosa emendata est.

Angina Polyposa Asthenica Typhoidea.


Masculus anni aetatis septimi absque multa praegressa morbositate post febrem XII Horarum a valido frigore incipientem, afficitur Respiratione molesta, tussitatione et magna Anxietate vel asperae arteriae plenitudine, quae Anxietas multum est emendata post Eructationem materiae abundantis pituitosae tenaciter cohaerentis: Strepitus pectoris tamen accusat adhuc eamdem pulmonum conditionem, quae asperam arteriam ingravavit; Pulsus est vacuus vel debilis, digito exploranti parum vel nihil resistit; Febris mitis, asthenica est; Lingua valde est flava; Diarhoea adfuit.

Praescribitur.

R. Pulv. rad. rhei ʒ β
» » Ipecacuanh. gr. vij
Extr. Tarax. ʒij
Rob. sambuci
Acetit Ammon. aa ℥ij
Infus flor. chamom. ℥vj
m. d.
S. omni Bihorio cochlear.

R. Species pectoral.
d.
S. *Pro Thea.*

Post haec aeger se habet commodissime.



CAPUT VIGESIMUM.

---

§. LXVII.

HAEMOPTYSIS.

Epidemiae vel dir. gent. in genere quamvis proprium sit Parcimoniam observare distribuendi sanguinis, tam Functionum Naturalium quam Praeternaturalium vel morbosarum; licet Epidedemiae gentilis Parcimoniam observet tam Fluxus menstrualis, quam Haemorhagiarum (criticarum); non tamen excludit quin interdum aeque ac in universa directione, dentur Haemorrhagiae, quae pro morbo sunt habendae. Inter plures Haemorrhagiarum species, Hocce vere Haemoptysis aliquoties est observata: absque ullis praegressis phaenomenis; exceptis, quae Haemoptysi ut morbo sui generis propria ducuntur; verum nequaquam tanquam conamen criticum morbi

cujusdam sthenici esse orta, si causam Epidemicam et Reactionem organismi in hanc excipiamus, haberi potuit haec haemorrhagia vel Haemoptysis. Conditio sanguinis mixta, Indolis Rheumatico Inflammatoriae, tenacioris consistentiae et motus lentioris; Actionis quae in organismum valet, aliter modificatae; conditio Nervea Implicatione sua eminens in morbis, etiam aliter modificata vel Permutata; conditiones illae duae cum affine labe gastrica conjunctae, stasi Epidemiae et directioni gentili propriae, cum causa putantur, etiam Haemorrhagias suo modo modulaturae: Ad haec accedit, si quando specialis quaedam Infectio causarum morbificarum eminet, quae tanquam species duae inser se invicem diversae sunt, Puto symtomata catarrhalia vel symtomata mucida, *) de qua ultima Epidemiae specie ad finem fere nostri opusculi quaedam annotabuntur, si inquam haec omnia persequi queant, ultro liquet Haemorrhagias dir. gent. non adeo simplices esse futuras. Symtomata catarrhalia si eminentia detegantur, vel cum majori implicatione nervorum congruentia, statum

*). Infectio Fluoris mucidi congruens cum Haemorrhagiis, cum nondum recognosci potuit, sic inde Medicina etiam nullam modulationem subire oportuit.

morbi quodammodo subactum producere potuerunt; sin minus. impetum morbi adaugebant; symtomata mucida sub iisdem conditionibus morbi statum magis in debilitatem inclinabunt: Primo igitur loco consideranda venit Haemoptysis, quae cum conditione sanguinis morbosa, Plastica G. D.. datur; Venae sectiones iteratae a nobis sunt institutae, et Medicamenta nitrosa cum mucilaginosis, oblinientibus commixta, cum fructu inhibita sunt. Medicamenta vidimus in genere in hac stasi Epidemica semper utilitatem exspectatam optime et ubivis praestitisse, in casibus, scilicet rectius recognitis; Vidimus autem simul, quodsi symtoma quoddam multum vel cuncta valens erat impugnandum, exempli loco Ardor febrilis, quod eventus faustus sequebatur post doses parvas; quod Nitrum si indicatum ad quantitatem, duplicatam requireretur; ut breves simus luculenter patuit, quod symtoma phaenomenosum impugnandum facile amovebatur; quod systhema quoddam corporis morbose affectum, potentiam medicamentorum valde intensivam imo duplicatam postulaverit; hinc cum omni veritatis specie concludi poterit directione morborum insuetam sedem capta, sic et medicamenta in opere suo alias corporis partes quam vulgo affectare: Nitrate potassae vulgariter fibram sanguinis

infecto, si nunc haud cupiat fluida ipsa infectare, quae fibrae semisolidae vice ad gent. dir. funguntur se applicare debebit in partes omnino et omni tempore solidiores, in vasorum tunicas probabiliter se applicare debebit,*) utpote quae adhuc cum partes organicae sunt, pergunt soliditatem repraesentare; hincque vim suam medicabilem a latere Aegritudinibus datis debebit communicare; hac cum sequela, ut multum virium perdatur; sic et satis fortiter usi nos sumus in Haemoptysi acido sulphurico diluto cum Syrupo Papaveris Rhoeados commixto; quod et vim coagulantem vel adstringentem in Haemoptysi perquam praestitit; si nunc in sanguinis conditionem ipsam spectetur, haudquaquam utile habendum; quippe quae jam ex propria sua Indole magnam coagulabilitatem possidet, et nequaquam in dissolutionem vergit. ergo actio vel potentia medicamenti assumti vel acidi sulphurici diluti, in partes omni tempore solidas accipere vel aestimare, invito cogimur: Etiam in Metrorrhagia gent. dir. Formula swietenii optime suum effectum praestare perrexit; Scilicet sequens.

---

*). Ins Innere der Natur dringt kein erschafner Geist,
Zum Glücke wenn sie nur, die äussere Schale weist.

VON HALLER.

Ironiis itaque suus quandoque datur locus.

R. Laud. Liquid. Sydenh. gt. xxx
Spiritus Vitrioli ʒiv
Tinct. cort. cinnam ℥ij
Aquae Menthae ℔j
m. d.
S. omni hora semivasculum.

I. *Haemoptysis Phlogistica.*

In hac primum considerata Haemoptyseos specie vel in Haemoptoe congruente cum statu sanguinis coagulato sine eminenti implicatione nervea vel et sine annotabilibus phaenomenis catarrhalibus, praeter venae sectiones haec saepe nostra formula medica fuit.

I. R. Nitratis Potassae
Pulv. gum arab.
Sachar. albiss. aa ℥ β
m. f. Pulv. d.
S. omni bihorio cochlearculum.

In casu intensiori copulata cum

II. R. Acidi sulphur. dilut, ℥j
Syrup. Papav. Rhoead. ℥iv.
m. d.
S. omni bihorio Digitale,

Abundante copia aquae frigidae diluendum. Inquietudo et labores vitentur; in omnibus rebus observetur frigiditas. Quae frigiditas post sedatum morbi impetum, sensim

cum calore commutetur; ita ut perspiratio sensim et leviter moveatur; Idaea quippe morbi omnino postulat post aliquam morbi moram, valorem systhematis cutanei, si omnia in bonum vertentur: huic morbo accedit saepe complicatio gastrica vel subgastrica, alteratae scilicet bilis dantur indicia, quae laxantia acidula saepe requirunt, cui conditioni saepe hoc modo satisdatur.

R. Decoct. Tamar. cum senna et flor.
Sambuc. ℔j
Nitr. pur. ʒij
Rob. Sambuc. ℥ij.
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

II. *Haemoptysis nervosa.*

Secundo in loco nunc consideranda venit haemoptoe cum eminenti Implicatione nervorum vel cum Passione nervea:

Non hic putetur de conditione subacta quae conditio ut valida habeatur, generalis esse debet, nec solummodo in pulsu observabilis; non hic putetur de statu mucido cum Haemorrhagiis aeque ac cum multis aliis morborum formis qui congruere fortasse poterit, (congressus fluoris mucidi cum diarrhoea lactea v. c. observatus est), quaeque ultima

haemorrhagiarum species colore sanguinis effusi violaceo esset distinguenda, quique status mucidus nondum in hoc morbo rectius recognitus est: sed de Haemoptoe putetur, quae cum Haemoptoe spastica un. dir. in eo convenit, quod pulsus valdequam sit contractus, quod aegri sint nervei, meticulosi morosi, quod rubores in illis aegris saepius cum albedine alternant, quod cito terreant aegri et etiam quod cito minitentur, quod hilaritas saepe cito in tristitiam mutetur, quod somnus sit interruptus cum insomniis; in omnibus fere conditionem nerveam quod ostendant aegroti, excepto tamen cum illa dir. un. in eo quod sanguis eductus crustam intense inflammatoriam ostendat non solum, sed etiam diu ostentare pergitur; ita ut in casu de quo mox dicetur venae sectiones repetitae requirantur, si Paroxysmi haemoptoici vel domari vel praeveniri poterunt; quod in omni puncto passio nervea detur; Quod corporis volumen diminutum est. Pro parte interdum cutis anserina est; Urina vero rarius est tam limpida et sincera vel aquosa, quam in affectionibus talibus spasticis universae directionis vulgo obtinet.

Conditione illa spastica etiam in Metrorrhagia observata, casus Haemoptoicus annotatus est.

Casus morbi.

Virgo nubilis 25 annorum, structurae corporis quidem robustae, conditionis nerveae sensilioris. ad diem decimum nonum Maii anni 1829 tempore vespertino jamjam lectum erat ingressa, quae, postquam per aliquot tempus a dolore ingrato infra scapulum fuerat affecta Aegra, nunc cito post titillationem pectoris et tussitationem percipit saporem dulcem sanguineum, qui mox ab Eructatione et sputatione sanguinis subsequitur; copia sanguinis sputati fuerit quantitas ℥iv.

Instituitur venae sectio liberalis et datur.

I. R. Acidi sulph. dilut. ʒiv
Syrup. papav. rhoead ℥iij
m.

II. R. Sachar. albi
Nitri pur.
Pulv. gum arab aa ʒiv.
m.

Maii 20. Venae sectio repetitur.

Maii 21. Idem fit sanguis emissus continuo crusta tenaci inflammatoria est obtectus.

Maii 24. *Instituitur venae sectio et datur.*

R. Sulphat. sodae ʒiv
Nitr. potass. scr. ij
Syr, Ribesior ℥ij
Decoct. Tamar. cum rad. Altheae ℔j m.

Maii 25.

In statum subgastricum qui evacuationem alvinam sordium biliosarum exigit, potio praescripta optime satisfecit, ad 1/3 partem potio consumta diluitur sequentibus.

R. Syrup papav. rhoead ℥iβ
Aquae coctae ℥iv
m.
S. usus continuetur ut ante.

Maii 26.

In aegra dantur phaenomena omnia illa nervea, quae Haemorrhagiis G. D. in statu spastico scilicet, propria sunt ducta; quaeque ante sunt annotata. Est meticulosa morosa; Volumen corporis diminutum est, cutis quodammodo anserina sed partialis tantum anserina est; Rubores in hac aegra cum albedine alternant; Lingua adhuc quodammodo pergitur alteratam bilem ostendere, etiam tunica albuginea oculi scatet aliquatenus colore flavo; Decoctum antiphlogisticum laxans tamen haud continuari potest.

Pectus spastice contractus est, pulsus valdequam spasticus; Conditio illa spastica generalis quae adest, in pulsu et in pectore antecellit; cum causa putari potest conditionem illam spasticam tenacem esse futuram, haec

spasmi tenacitas nempe stasi Epidemicae et dir. gentil. propria est. Acquirit aegra.

I. R. Decoct. specier pector ℔j
Nitrat. potassae scr. ij
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

II. R. Flor. zinci gr. xxx
Sachar. albi ℥iv
m. f. Pulv. N°. XII
d.
S. 4 ter de die Pulv. *)

Maii 27.

Instituitur venae sectio, sanguis emissus pergitur ostendere crustam inflammatoream.

Maii 29. *Praescribitur.*

R. Muriat ammon.
Succi Liquir. aa 3j
Tartrit. potass. acid. 3ij
Syrup. Ribesior ℥ij
Aquae coctae ℔j
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

---

*). Ipecacuanha quae ad grana pauca cum gum arab. mixta in casu morbi phlogistico post demtam phlogos in Haemoptysi versionem faustam dare potuit, in nostro casu nec aequalis neque tuta haberi potuit.

Maii 31.

Post usum pulverum cum caeteris, constrictio pectoris spastica emendata est, et sputatio sputorum facilitata; illa sputa nunc abunde satis conspiciuntur; pulsus vero quodammodo pergitur gaudere statu suo spasmodico; volumen corporis rediit.

Junii 1.

Paroxysmus Haemoptoicus se repetivit, sputatur sanguis ℥iv. Medicamenta Maii 19 repetuntur, et venae sectio liberalis instituitur.

Junii 2.

Venae sectio repetitur; pulsus continuatur gaudere conditione perquam spastica; sanguis emissus pergitur ostendere crustam inflammatoream tenacem.

Junii 3.

Instituitur venae sectio, et praescribitur sequens.

R. Decoct. Tamar. cum senn. et fl. sambuc. ℔j
Nitr. pur. ʒj
Extr. gram. ℥β
Rob. Ribesior ℥j
m.

Junii 4.

Sanguis venae sectione emissus plus minus est ut ante; crustae inflammatoriae crassities et tenacitas quodammodo minuuntur.

Datur.

R. Pulv. gum Arab. ℥vj
Rob. Ribesior ℥vj
m. f. Linct.

Junii 5.

Instituitur venae sectio, sputatio sputorum continuatur; Lineamentis rocaceis intermixta est, et sputa gaudent qualitate perquam cocta.

Junii 6.

Urina ostendit conditionem saturatiorem, lysicam, quae et ab aliqua generali emendatione systhematis sanguiferi comitatur.

Junii 8. *Praescrib. aegrae.*

R. Nitr. potass.
Pulv. gum arab. aa ʒij
» rad. altheae ʒiv
Sachar. albiss. ℥j
m. f. Pulv.

Quod si haec conditio morbi continuatur quae certe cum indole sua inflammatoria post quamlibet sanguinis missionem observabili, conjungit conditionem systhematis sanguiferi intensissime spasmodicam, quodsi cum his conjuncta sputorum coctorum sputatio, potius adaugetur abundantia, quam diminuitur, signum erit, organum pulmonum et generali et topica constrictione spasmi, debilitatem sibi contraxisse; topicam quae debilitas collectioni sputorum amicum

locum dat.; Tota forsan causa morbi generalis indolis forte catarrhalis conabitur per pulmones colari; haec causa morbosa sensim acrior facta, offenditur pulmonum organon, magis magisque debilitatum; Pulmones haud valent omnino perficere percolationem, de novo morbose pati saepe incipiunt, et datur Phtysis pulmonalis.

Junii 10.


Hesterna vespera paroxysmus haemoptoicus se repetivit; vel exacerbatio morbi adfuit quae quavis septimana sese repetere videtur; sanguinolenta spuntur sputa; urina hesterna vespera sub actu paroxysmi limpidissima, nunc naturalius colorata est; sine quod qualitate saturata gaudeat; Sanguis heri emissus crustam habet intensius inflammatoream, minus crassam, sed tenaciorem, ad margines magis elevatam: Volumen faciei hic et illic quodammodo efflatum, colore sordido est tinctum; Pulsus aequaliter manet spasmodicus: status hecticus ab omni parte minitatur. qui si praeveniri poterit, requiretur medicamentum, quod cum vi sua intense antispasmodica, qualitatem antiphlogisticam et consolidantem possidet, si tale detur, certe erit *Saturnus* vel plumbum hinc mirum non movebit, nos praeelecturum *Sacharum Saturni* ab auctoribus fide dignissimis

Stark, Kopp aliisque in casibus nostro haud absimilibus in usum introductum; cujusque formulae semel, optimum vidimus effectum: scilicet sequentis.

R. Sachar. saturni gr. j
Tinct. opii vinos gt. xxx
Syrup. Rubi Idaei ℥ij
Aquae pluvial ℥iv
m. d.
S. omni bihorio cochlear.

Junii 12.

Etsi virtus medicamenti electi non frustra fuerit tentata, sed pulmonum debilitatem mederi, et pulsum exsua conditione intense spastica tollere posse quod videtur medicamentum, multo tamen maturius et injusto more omittitur. Pulvis ultimus praescriptus gravatur tartritide potassae acidula; deserit nos aegra, et sub cura alterius medici post passionem 6 mensium, veluti nos conjecimus, obiit, Phtysi secundaria.



CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

---

§. LXVIII.

FIDUCIA MEDICA HODIERNA.


Ad contemplationem status Hypersthenici animadvertimus in causam gastricam: Haec Hypothesis ex observationibus sufficientibus ad lectulos aegrotantium est ducta; haud majorem gradum verisimilitudinis concedere potest, ut maneat Hypothesis: Haec Hypothesis non aliunde est traducta; sed suapse facta veritatis adoptio; Serius video ex opusculo clarissimi G. Bakker (de volksziekte) *Notam* in multis punctis cum nostra observatione congruentem; quae nota licet probabiliter contemplatio theoretica huc redit: Lien est summum laboratorium systhematis vasorum absorbentium, unde chylus praecipue qualitatem suam plasticam

et coagulabilitatem acquirit: Nisi haec sit observatio supposita professorum Heidelbergensium dictorum Tiedeman et Gmelin haec adaptata in nostram ultimam Epidemiam morbosam, pretium nostrarum factarum observationum valdopere adaugebit; Sed prudentia turbae medico hodierno apprime est commendanda, ne obsideatur a fraudulentiis: Quid quidem putandum est, de centurionibus factarum cataractae operationum a quodam medico-chirurgo in patria nostra?

Vocabitur N. N. Charta patientis indolis, uno quasi ictu commaculatur cum illis centurionibus factarum oculi operationum: Quisnam nostrum antea unquam talem oculistam *de Nomine* audivit vel cognovit? Tales suppositiones hodie tam vulgares haberi possunt, ut pretium rerum essentialium his opacetur: Estne rebus vere factis, estne hominibus vere activis gloriam suam fundatam vel demere vel saltem obnubilare? Si pede incepto pergatur, aemulatio, amor sui ipsius et quibusnam (licitis) stimulis societas humana utitur, ruent; et dictis acutioribus, fraudibus cedere debebunt, usquedum ut confusio ac indifferentia fortassis omne bonum ablegent. Homines hodierni quorum nomina forte primum cum scripturae suae temporis puncto signantur, audent, in

quodnam vacuum quidem incorporantur, confestim doctorem agere; Sciant tamen aeque basin fundationis ac pleraque talia futilia esse fragilem; Praestat sensim se societati humanae applicare, cum illa societate humana cujus membra erunt, pares partes agant! Loco confestim agere doctorem, cum sensu morali melius congruit, *Primum* esse in distantia, minime comprobetur esse offensae.

Dicandumne esset et tale factum praeprimis directioni hodiernae gentili?



CAPUT VIGESIMUM SECUNDUM.

---

§. LXIX.

MORBI VIARUM URINARIARUM SUB DIRECTIONE GENTILI.

Refleximus si nos ad considerationem hydrocephali acuti in morbos qui corpus humanum vivum durante sua evolutione hinc a prima Infantia usque in aetatem adultam virilem magis peculiariter infestant, si animadvertimus quod cum majori evolutione unius corporis partis prae altera, etiam capacitas morborum subeundorum tali corporis parti prae coeteris evolutae propria peculiariter aucta sit; transire nunc possumus ad considerationem paedispositionis illarum corporis partium, quam aetas virilis et praecipue quam aetas virilis magis provecta nobis suppeditabit; haec aetatis periodus posterior, comparata cum anterioribus, praeprimis respiciet in partes

abdominis: In aetate Infantili et etiam in pueritia hae partes (abdominis) se praesertim characterisant sensilitate et teneritudine, quae qualitates in datis aegritudinibus corporis alvi fluxibus et diarrhoeis dant occasionem uberiorem vel multipliciorem. In aetatis periodo cum et praecipue hinc ab aetate virili ad datas affectiones morbosas, etiam hae partes abdominis et quidem per excellentiam hae corporis partes morbose afficiuntur: cum vero hae partes cum adaucto robore propter sensilitatem et teneritudinem amittunt, minorem excitat admirationem, quod hae partes affectae affectiones morbosas diutius in se retineant contentas; quod tarditas sedis quod infarctus abdominis et quod morbi in connubio intimo cum abdomine et cum hujus cavi affectionibus morbosis organicis, versantes uti sunt haemorrhoides et arthritis huic aetatis periodo tam peculiariter proprii sint; et pro maxima parte ex habitu partium ita dictum abdomen constituentium, et praecipue cum digestione in magno connubio versantium, derivari debeant: Si itaque abdomen generaliter sumtum, vel magis peculiariter partes et organa per quae digestio fit, in hac periodo vel in aetate provecta virili, tanquam organum praedominans haberi possunt; Periodus adhuc remotior vel illa senectutis proprie

dictae maximam fovet affinitatem, praecipue quod ad ejus conditiones morbosas spectat, cum organis et partibus a quibus et per quas urinae secretio et urinae emissio fiunt: Renes uretheres, vesica urinaria et urethra sunt organa et partes quae in aetate maximopere provecta vel in senectute saepissime morbis generalibus ac topicis laborant: Ut nobis explicemus causam hujus, respicere debebimus in generales et topicas corporis functiones; ad has referri debebit modus agendi his partibus peculiariter proprius; hae partes earumque functiones comparatae cum aliis corporis functionibus uti sunt digestio, secretio et evacuatio faecum alvinarum, vel plus adhuc comparatae cum actionibus aliarum corporis partium vitalibus, animalibus, uti sunt functio nervorum et musculorum motus, nos attentos reddere poterunt in proprietates physiologico pathologicas, quae permanentis utilitatis in praxi medica esse possent: Aetas magis provecta vel jam aetas virilis minorem sensilitatem et majus robur partium vel organorum abdominalium conspicienda dedit non solum haepartes ultimo dictae, sed praesertim systhema nerveum et systhema musculosum totius corporiscum annis provectioribus hanc mutationem subeunt, ita ut in senectute proprie dicta, major adhuc insensilitas systhematis nervei, et

majus adhuc robur systhematis musculosi praebeatur; quae sensim sensimque in rigiditatem mutantur. Ultimum autem hoc non ab omni parte in organa uropoyeseos transferri debet, prout primo dictae partes rigiditate fibrarum patiuntur. pro eo modo viae urinariae vel earum fibrae fiunt laxiores; quod ad illud etiam suum non attribuerent, nimis diutina retentio urinae, sive illud exconsuetudine, sive nimis longe ducto Etiquette, commoditatis ergo, vel temporis conservandi gratia oriatur, vel quando hae partes validissimo veneris usu vel alio modo in nimiam actuositatem perductae fuerunt, vix opus est, quod annotetur; Sufficit quod nos has partes saepe videamus laxitate patientes, quando coeterae corporis partes nobis praebent rigiditatem. Haec itaque vim suam in praxin medicam excercere valebit; Primo physiologia quod ad functionem uropoyeseos spectat, actionem organorum urinam secernentium ad passivas functiones poterit reducere ac debebit, dum caeterae functiones uti exempli loco digestio ciborum et evacuatio faecum alvinarum magis tanquam activae functiones se praestant. Systhematicus practicus morbos ultimarum vel activarum functionum (morbos dynamicos scilicet) cum Idaea celeritatis, morbos ultimae vel functionis uropoyeticae cum idaea chronismi

copulabit ac contemplabitur; Cum contemplatione morborum acutorum magis functiones activae in animo pendebunt medici; ad morborum chronicorum considerationem, magis functiones passivae in medici animo versabuntur. In activis vel potius in acutis morbis, sibi repraesentatur medicus, fibram solidam vi vitali praeditam; in morbis chronicis habet hanc fibram laxitate vel tenore alieno laborantem: Genuine modificatum vel paene huic (Negotio) oppositum modum cognoscendorum et curandorum morborum sub gentili directione, nos jam saepius animadvertimus; Si in morbis viarum urinariarum in senectute U. D. laxitas dictarum partium, vel earum partium fibrarum laxitas si est deprehendenda, sic in similibus casibus G. D. rigiditas deprehendi poterit, eodem modo ac morbi chronici in genere et hydrops in specie nobis illud sub gent. dir. indicaverunt. In affectionibus viarum urinariarum sive hae affectiones idiophaticae vel consensuales sunt; Rigiditas fibrarum illarum partium praeprimis ad dir. gent. memorabilis est; Huic rigiditati quidem saepissime lenta illa ac parca urinae emissio adscribi debebit, quae in morbo nostro gentili tam frequens fuit; saepe enim quidem admirationem movere debuit, magnam, illam urinae parcimoniam post abundante

copia sumtos potus sine notabilissimo ardore febrili observare, et urinam emissam videre assumere, illam summam rubicundiam ad nigritiam usque.

Morbi systhemati huic uropoyetico proprii sub gent. dir. possunt reduci.

I. In spasmum consensualem.

II. In spasmum inflammatoreum.

III. Rheumatismum acutum.

IV. Rheumatismum chronicum.

I. *Spasmus consensualis*

Synochus catarrhalis noster inflammatorius se in sanationem festinans, aeque post se reliquit spasmum viarum urinariarum, sub facie *Dysuriae* se excerentem, quam quod multi morbi generales praecipue in subjectis sensilibus durante morborum illorum meatu cum affectibus spasticis viarum urinariarum essent conjuncti; Infusum theaeforme florum chamomillae vel paucum aetheris nitrici alcoholici combinata cum pediluvio calido saepe suffecerunt, hisce phaenomenis morbosis tollendis.

In morbo idiopathico febrili quae sequitur cura juvavit.

I. R. Laud. liquid. sydnham ʒj
Spir. nitr. dulcis ʒij
m. d.
S. omni Bihorio digitale.

II. R. Linimenti volatilis ℥ij. d.

S. Aliquoties de die abdomini illiniendum, et abdomen cum Panno laneo calefacto bene obtegendum.

III. R. Flor. cham.
Sambuc mij
Rad. Liquir. sciss. ℥j
m. f. species *Pro Thea.*

Vel. R. Infus. flor. chamom. ℔j
Sal. mir. glaub.
Extr. Taraxic aa ʒiv
Rob. Sambuc. ℥ij
Spir. foenicul. ʒij.
m. d.

S. omni Bihorio vasculum.

Semen petroselini usu commendatum nilnisi bene operabat; simile et de Balsamo sulphuris habendum.

II. *Spasmus Inflammatorius.*

Saepissime etiam participavit sphaera urinaria cum hac conditione morbosa inflammatoria In his casibus aderat generalis status catarrhali-gastrico inflammatorius, sese prae reliquis excerens cum pulsu duro et forti, et caeteris signis illi morborum conditioni nempe conditioni topicae inflammatoriae partium viarum urinariarum gentilis directionis proprius, uti renum et praecipue vesicae urinariae morbi abunde monstraverunt: et nonnunquam veluti nos hunc (vesicae) morbum in Famula rustica observare potuimus, se in uterum extendens; ita ut hoc ultimum viscus quodammodo cum nostro morbo symphatiretur; urinae missio in casu nostro putato erat perparca et lo-

tium ipsum erat summe coloratum: Post venae sectionem liberalem Aegrae emeticum est datum, conditio organorum gastricorum illud postulare videbatur:

Praescribitur.

R Infus fol. sennae ℔j ex ℥β
Nitr. potass. ʒiv
Extr. taraxic ʒvj
Rob. sambuc. ℥ij
m. d.

S. omni bihorio vasculum.

Ad vesperam pediluvium calidum sumitur, etiam aliquoties Aegra vapori aquae calidae super sedere debet. Praescriptum illi Aegrae est de industria nitrum, abundanti copia, aeque ac sub conditionibus comparibus spasmi inflammatorii aliarum corporis partium ad hanc Epidemiam illud postulabatur; num nitrum hic plus quam in reliquis similibus spasmis inflammatoriis aliarum corporis partium esset nocivae operationis in systhema uropoyeticum, num vero illud minus conspiceretur sub gentili directione: Ultimum factum est, spasmus inflammatorius resolvebatur, secretio urinae fiebat copiosior. praescriptum infusum repetebatur cum pediluviis et cum balneo vaporis, hac cum sequela, ut affectio morbosa tam viarum urinariarum quam totius organismi emenda-

retur. Solummodo ventriculus jam antea in agilitate laborans, infectione medicamenti inhibiti, a majori atonia correptus esse videbatur, Medicamentum stomachicum roborans etiam hanc atoniam ventriculi cito sustulit.

III. *Rheumatismus Acutus.*

Sic quoque causa Epidemica interdum magis peculiariter vias urinarias pro suo theatro sumsit, varia autem tam quod ejus qualitatem vel morbi formam attinet, quam quod ad ejus speciem vel catarrhum localem spectat; reactio universalis saepe ut febrem catarrhalem se praebuit, tamen a genuine dicto catarrho membranarum mucosarum qui exempli gratia in coryza obtinet, hic catarrhus visicae in eo diversus erat, quod quaedam fere per cunctas membranas dispersa affectio catarrhalis vel rheumatica simul adesset sed ubi *) catarrhus viarum urinarium imprimis vesicae urinariae peculiarem magis merebatur attentionem propter ischuriam quae applicationem catheteris per longum quidem tempus necessariam red-

*). Dysenteriae casus morbo Epidem. catarrh. gastr. insecutus, tenesmo intestini recti et secessione materiae flocculentae rosaceae dignoscendus, usu medelae Laxantis antirheumaticae optime medebatur.

debat, et quod reactio generalis se non semper tanquam febrem catarrhalem genuinam distinguere noverit, ita ut disharmonia evolutionis virium uitalium et febricitationis haud infrequens esset: Idaea hujus morbi quidem hanc sequentem medendi rationem (remissis remittendis) ut optimam ducet; Si absque contraindicatione, primo fiat venae sectio, ut actioni systhematis sanguiferi majus spatium detur; et cum statu inflammatorio conjunctus morbus, nitratis potassae usus requiritur, quod non abnegari poterit: Plus vero idaea morbi sese velet ac debebit confinire in medicamenta diaphoretica, uti sunt sambucus, sal ammoniacus, acetis potassae et acetis ammoniae, camphora, vinum antimoniali huxhami, aconitum et Methodus derivans, exempli loco vesicatorea in locis a morbi sede quodammodo remotioribus; usque adeo, ut morbus plus vergere incipiat in rheumatismum chronicum.

IV. *Rheumatismus Chronicus.*

Causa Epidemica vel pro illa sumta *causa Rheumatica diutius morata* sine crisi. supponit actionem tardiorem vasorum secernentium, praecipue vasorum exhalantium membranarum, quae intimam superficiem multarum partium corporis obvestiunt; haec materiem exhalandam retentam tenent; quae materia retenta nisi in

tempore perspiratio restituta est, magis magisque convasatur, haec si resolvetur materia, vel actio vasorum illorum exhalantium si restituetur, super et per membranas affectas secernitur mucus crassus, purulentus praesertim in catarrho coryza etc. conspicuus; si vero ultimum hoc non fit, vel si est uti hic quidem obtinet affectio catarrhalis universaliter super totum corpus dispersa, tunc cura medicinalis debet esse intensiva antimonialia uti Kermes mineralis, sulphur auratum antimonii, sulphur ut flores sulphuris, gum resina guajaci species lignorum, saepe etiam Mercurius dulcis parva quantitate sumtus in hoc casu primum optima sunt medicamenta, quae in statu magis atonico non raro a roborantibus tonicis medicaminibus uti sunt ex. loc. cortex peruvianus etc. in sequi debent: in genere hic medendi modus sufficit, verum localis vesicae urinariae atonia et reliquorum organorum urinam secernentium debilitas in ultimo casu vel in statu atonico postulant etiam saepe medicamenta quae in majori et peculiari affinitate cum illorum organorum constructione organica versantur, qualia sunt exempli gratia *uvae ursi:* saepe tamen praecipue quando affectio catarrhalis diuturnioris morae fuit, et vias urinarias valdopere et per excellentiam infecit, intima superficies vesicae


urinariae partim mutatur in organon secretorium morbosum, scabies vesicae, exulcerationes parietum vesicae urinariae internorum saepe sunt phaenomena posteriora; In hoc casu decocta seminum lini, seminum cannabinorum ante omnia medicamenta, balsamica uti balsamus copajvae, balsamus peruvianus invenierunt proficua.

Unus autem casus ultimae naturae affectionum morbosarum viarum urinariarum nostrum medendi modum elusit: Vir quidam 45 annorum jam abhinc aliquo tempore dysuria cum continuatis doloribus comitata laboraverat, cum nostram invocavit opem; postquam medela illi fuit inhibita primum diaphoretica, et postquam neque ille medendi modus neque huic successa medela balsamica quicquam opitulabantur, et magna suspicio saxorum urinalium in vesica urinaria daretur, quorum signa haud dissimilia erant, aeger a nobis Groningam est missus, ad Med. Chir. Doctorem qui quod hanc medicinae chirurgiae partem spectat, explorationem saxorum urinalium et lithotomiam scilicet, in patria nostra forte primus vocandus est; verum nullum saxum in vesica urinaria est detectum, medicamenta illi aegroto ab illo academiae lectore nunc professor P. Hendriksz data, successu bono etiam non gavisa sunt;

Aeger exspiravit: Sive aegro dicto uvae ursi sunt comministratae, aut non incertum est, certius constat uti nos vidimus mortem esse secutum, supponamus autem atoniam vesicae urinariae in tali casu scenam agere summam, illamque atoniam vesicae optimum ab uvis ursi posse sanari; (In aegroto nostro mortuo probabiliter plus in scabiem vesicae cum vel sine exulcerationibus erit animadvertendum; Vel num forte morbus, aeger quo defunctus est, ut spasmus portarum, morbus gent. dir. proprius fuisset habendus?) Comministratio tamen hujus medicaminis vel uvarum ursi hodie forte dubiosa esse poterit. Non tantum in morbis viarum urinariarum sub gent. dir. non in laxitatem fibrarum itlorum organorum hisce partibus sub univ. direct. propriam est computandum, et nobis fingere debebimus rigiditatem illarum partium, etiam directio genuinorum morborum viarum urinalium ipsarum emigravit mihi noti sunt varii casus lienteriae praesertim in subjectis veteribus (Feminis) *) in quibus nullum sumtum medicamentum cujusnam fortitudinis ac intensivitatis morbum cohibere potuit Nonne probabiliter exhibitio uvarum

*). Vigente dir. un. senes viri ob compositionem viarum urinariarum (Urethrae) complicatiorem anatomicam, prae vetulis saepius morbis, systhematis uropoijetici plectuntur.

ursi in hoc morborum casu optimum medicamentum praebuisset, et morbus licet organa chylopoijetica inficiens tanquam morbi viarum urinalium aberrantes nonne fuisset habendus? Et in casu opposito veluti in vera morbosa atonica conditione viarum urinariarum sub gentili directione ab Radice-Columbo vel a medicamento tali stomachico roborante nonne optima efficacia, exspectari potuisset? Nasuti nauseent! vel risum miserationis vel contemptus sibi eliciant. Exploratio conditionis morborum eorumque justam medendi rationem perscrutari sub directione nobis in multis punctis adhuc incognita et barbara humanitati aegrotae utilius esse poterit*).



*). Conjecturam hanc nostram non omnis veritatis esse inferiorem, casus fluxus coeliaci data mixta directione, in milite qui observatus est justissime comprobavit; morbo enim abdominali emendato, renes morbose laborare inceperunt.

CAPUT VIGESIMUM TERTIUM.

---

§. LXVII.

CHLOROSIS. FEBRIS PUERPERALIS.

Phlegmacia et *stasis Lymphatica* haud eamdem Idaeam, non eamdem contemplationem, et non unam eamdemque Medendi Rationem admittunt.

Licet causalitas ultimarum morbositatum vel Phlegmaciae et stasis vel conditionis Lymphaticae, cum primis vel morbis nostris subjectis, forsitan in parva vel nulla Affinitate versari videatur, tamen vicaria vel et connexa contemplatio utilitatem secum ducet; imo necessario requiretur, ut momenta quaedam Directionis morborum Differentiam spectantia, indeque scientiae medicae maximi pretii, justo eruantur.

Si nos ad contemplationem Abdominis vel proprie dictorum gastricorum organorum in plus quam adoleta Aetate, in Functionem lentiorem horum organorum, hincque in obstructiones, Haemorrhoides et Arthritidem cum hac (functione abdominis) in intimo connubio versantes morbos animad vertimus; si reflexi-mus in contemplatione viarum urinariarum in majorem Laxitatem harum corporis partium, et inde profluentes morbos, praecipue in senectute; Duas dictas corporis Functiones si reduximus in duos diversos agendi modos, ut ille organorum gastricorum ad Activas, ille viarum urinariarum ad Passivas functiones; sic Actio functionum Genitalium praecipue Feminae dequa hic sermo est, ad Functiones neutras vel vicarias vicissitudinales referri poterit: Hinc a partu inde illa functio Infantis feminei quiescit, usque in progerminantem evolutam Aetatem puberam, quippe quando illa functio primum pro tempore vel de tempore in tempus re in vera fit activa, ut postquam suas functiones nunc menstruorum nunc conceptionis, graviditatis et partus durante periodo circum circa annorum 30 peregit, in similem conditionem inactivam relabatur, in qua ante pubertatem versata est; ut suam destinationem persequatur, vel ut ad veram essentialemque

pubertatem perveniatur, plusquam vulgaris incitatio harum partium vel sphaerae genitalis in puella requiritur; Sicut nos in adolescente videbamus masculino fieri major perfectatio organorum vocis, sic in puella major perfectatio impenditur illius sphaerae, quae durantibus dictis triginta annis se de tempore in tempus activam praebebit; *) Ultimum autem hoc non tamen semper fit, sine quod aliae partes indigentia egeant, aut si absque hac quidem perveniatur ad veram perfectionem sphaerae genitalis, variae tamen causae nunc exempli gratia inepta applicatio rerum non naturalium, nunc iterum datae causae morbosae normales functiones sphaerae genitalis perturbare valent; vel ipse organismus generalis a morbis afficitur, et sphaera genitalis hisce morbis tantummodo suam genuinam indolem ac essentiae formam imprimit; cujus ultimi generis certo debebit esse chlorosis: Idaea chlorosis consistit praecipue in penuria sanguinis sufficientis, praecipue sanguinis pars rubra et fibra sanguinis deficiunt; Sanguis est in chlorosi tenuis, aquosus, Aegrae

*). Etiam totum reliquum corpus femininum hujus evolutionis sexualis, et prae caeteris mammas vel sinum muliebrem participes esse hujus, ut vera virginitas habeatur, quotidie liquet.

plerumque gaudent temperamento phlegmatico; segnities datur non solum motuum voluntariorum, verum etiam corporis functiones quas voluntas haud imperat, lente tantum peraguntur; mirum itaque non est sub talibus conditionibus quod saepe accumulationes pituitae cum chlorosi coeant; ante amnia apud nos, ubi accumulationes pituitosae tam frequentes sunt, ita ut *) febres varii moris has non raro sequantur; quae accumulationes pituitosae favebuntur a saepe dato frigore humido, caliditati humidae insecuto, continuo regnante; et a cibis digestu difficilioribus vappidis, uti et usu quotidiano tuberum solanorum, ciborum farinosorum, ante omnia primorum vel tuberum solanorum, absque ut hic a sufficienti cibo animali sustentetur; quae dictae causae saepe adhuc adjuvantur, inhabitatione aedium humidarum frigidarum, vestitu sordido et tegumentis sordidis parum sufficientibus: In genere si verum est quod scilicet chlorosis plerumque conjuncta sit cum accumulationibus pituitosis ad un. dir. apud nos praesertim, illud tamen non omnibus regionibus aeque videtur accommodandum; Suspicandum exempli causa est

*). Etiam phtysis pituitosa ex hac causa non valde rarus est morbus.

ex variis contemplationibus morborum, cum chlorosi in magno connubio versantium, uti sunt exempli causa anomaliae mensium; Exempli loco hae anomaliae sicut clarissimus *Richter* has contemplatur et curandas fieri vult, comparatae cum contemplandi et medendi ratione horum morborum fere similiter celeberrimi von *Sibolt*, si illis ambobus medicis par auctoritas concedetur, assumi debebit: In saxonia inferiori accumulationes pituitae vel inclinatio pituitosa phaenomena sunt vulgaria in morbis, itaque et in chlorosi; In austriae parte illud minus locum habet; Saxonia inferior cum nostra regione quod ad multos morbos spectat, majorem habet convenientiam; Ultimum hoc si regioni clymati vel aeris temperiei et incolarum diaetae debeat adscribi, aliae peculiaritates quae nostram hodiernam chlorosin designantur, non his verum alteri causae adscribi debebunt: Hac peculiaritates consistunt scilicet in chlorosi absque accumulationibus pituitosis et in existentia *) abnormali chlorosis in pueritia v. c. apud puellam 9 vel 10 annorum brevi post infectionem causae Epid. generalis datae,

*). Haec abnormalitas chlorosis ad dir. gent. quandoque talis est, ut hic morbus in genere masculino etiam observetur, cujus posthac exemplum videbimus.

Haec puella perpetuo sana haudquaquam antea aegritudinosa dici poterat, sed debuit morbus luculentissime infectioni causae Epidemicae generalis adscribi; Pallor totius habitus dabatur, lingua erat albissima; aliquae febris aderat; pulsus autem pro febricitatione erat parvus; nondum uniuscujuscunque rei gentilem directionem spectantis commemor, vel potius morbum non ut chlorosin habens, sed eumdem febrem catarrhalem putans, aegrotae sequens est praescriptum.

R. Tartar. emet. gr. ij
Sal. ammon. ʒ β
Pulv. rad. valer. ʒj
Extr. gram. ʒij
Rob. sambuc. ℥j
Aquae coctae ℥vj
m.

Post usum hujus medicamenti aegra subito moritur; Probabiliter medicamento assumto mors acceleratus erit.

Secundus morbi casus (chlorosis) dabatur in matrona virgine 20 annorum aegrota haec jam aliquot annos nobis erat cognita temperamentum phlegmaticum adaequate repraesentans; Inter infectionem morbi Epidemici generalis etiam fluxus mensium innormalis est factus, et cum adauctis morbi phaenomenis quidem

remansit; Postquam se praebentia morbi phaenomena nunc majori nunc minori in connubio cum chlorosi quae stant, erant sublata, cura medica magis directo in ipsum morbum in chlorosin vertebatur; Conditum constans e sequentibus aegrotam ex hoc morbo (chlorosi) elevavit, et fruitur illa nunc sanitate florida, quam sibi antea obtingere haud licuit.

R. Sulph. ferri (sal. mart.) ʒiʒ
Pulv. lapid. cancror. ʒiij
» cort. peruvian ℥iʒ
» rad. rhei ʒij
Syrup. cort. aurant. q. s.
m. f. conditum.

Ipsa conditio pituitosa quam aegra fuit passa, inter infectionem causae morbosae generalis quae sensim chlorosin confecerat, evanuit.

Aeque ac sanguis un. dir. nonnunquam peccat quantitate sua relativa ita ut medico res sit cum phlethora, sitve etiam haec plethora tanquam plethora ad volumen, ad vasa vel ad spatium consideranda, sic et exempla non sunt rara quod sanguis ipse in sua qualitate sit morbosus, ac confinite ope medica indigeat; Nolumus nos hic collimare sanguinis conditionem putridam in febribus putridis vel in scorbuto; nec et animadvertere volumus in

ejus conditionem pituitosam in morbo mucoso, plus collimatur illa conditio sanguinis morbosa, quae ducitur sanguificationem mancam pro fundamento habere; constringitur si quando haec sanguificatio manca tantummodo in massam sanguineam, verum haec frequentissime si offendatur, haec habetur esse diathesis phlogistica: Universalitas hujus diathesis autem apud nos nonnunquam perquam generalis, plurimum offenditur cum conditionibus morbificis, quae ita dictas inflammationes lymphaticas pro fundamento habent; Postquam praecipue a celeberrimo Bichat Membranis suum verum pretium pro magna parte applicatum erat, sic praecipue a celeberrimo Richter illud in affectiones morbosas illarum membranarum ipsas est adaequatum, et certe cum optime coronata sequela; Contemplatio et curandi modus morborum his adaequata impraejudicatis quidem semper magisterium manebunt; catarrhum dysenteriam, febrem puerperalem nusquam quidem medicus in suo vero pretio et in sua vera essentia tam bene elaborata reperitur, quam apud hunc dictum auctorem, etiam hi tres dicti morbi cum optima sua collaboratione eo quidem sunt momentosiores nobis, ob magnam convenientiam quae cum iisdem morbis apud nos datur un. dir. e compositione organica illarum

partium quae in tribus illis dictis morbis plurimum topicae patiuntur, liquet quod hae affectiones consistant in inflammationes lymphaticae; Vicarie videtur post graves reactiones plerumque gradu febris comitatae indicatas, vel etiam post moram sanguis illam videtur induere qualitatem morbosam plasticam. quam nos cum his morbis conspicimus conjunctam; Exempli causa, illud omnino fieri videtur in dysenteria; E contra inflammatio lymphatica localis quae in febre puerperali obtinet, esse videtur sequela in ipsa graviditate permutatae ac adauctae sensim conditionis sanguinis plasticae; tam unius quam alterius morbi causae praedisponentes et occasionales pro meritis aestimandae cum veniunt; cum nullo morbo locali conditio sanguinis sthenica vel potius ejus sequela qualitas plastica se ad illam perfectionem perduci patitur, quam quae in morbis inflammatoriis lymphaticis dari potest; ad hanc vero existentiam, excepta forte sola febre puerperali, plerumque mora morbi diuturnior requiritur; Partes membranaceae affectae jam ex sua indole propter nervos quibus sunt praeditae, annotabilem sensibilitatis gradum possidentes, durante reactione morbosa (statu inflammatorio) sensim sensimque sensiliores evadunt; ita ut systhema

nerveum sat cito tantopere reactioni in stimulum morbosum implicetur, vel insurrectionibus functionum corporearum in sumtis morbis lymphaticis et nomine in febre puerperali intricatur, ut huic principatus concedetur; Febris puerperalis itaque plerumque ut Nervosus, hancque ob rationem ut morbus asthenicus appellatur; Hanc vero pendere morbum sui generis, cujus symtomata et phaenomena conspectum ac indolem prothei secum ducunt. contemplationi morbi ipsius, eojusque curationi medicae melius conveniet; Nervosa vel spasmodica conditio est tamen, quae contemplationem morbi obscurat; sanationem adeo difficilem, saepe impossibilem reddit, et sequelas morbi quae celatur: Corpus humanum femininum durante graviditatis cursu humoribus nutrititiis, plasticis, ingravatum *) et in sua sensilitate nervea sensim ac pedetentim genuino subversum inter et post partum Infantis in statum perducitur. qui elabante tempore vulgariori statui magis magisque appropinquatur;

*). Nonnulli Physiologi hodierni eximii etiam nominis, quantitatem sanguinis menstrualis nunc retenti comparantes cum conditione gravidae et foetus nutritione, hanc abnegant plethoram; Nos praecl. virorum auctoritate et puerperii praesertim phaenomenis freti, plethoram illam suigeneris ad U. D, morbos momentosam, ad gent. dtr. morbos vix monitu dignam volumus.

Sphaera genitalis quae humores illos nutrititios ad se adtraxerat. et sensilitatem nerveam pro magna parte in se dirigere novit, et quodmamodo subvertere potuit! *) deponit suum in graviditate sumtum imperium; copia abundans humorum plasticorum, sensibilitas nervea subversa debent capere et nunc re in vera capiunt alias corporis regiones; activitas mammarum in graviditate jam gressu 2uidem lento at haud interrupto praeparatarum, magnam partem hujus imperii in se suscipit; sensibilitas nervea peculiarius ad mammas attemperatur; copia abundans humorum plasticorum se non parva quantitate confert ad has; Mammae ipsae mutantur in vera activa organa secretoria post partum; conditio nervea universalis, actio nervea iterum majorem situm capit, et partes quae in intimiori connubio cum producto graviditatis versabantur, per puerperii et lochiorum fluxum a sua topica succulentia liberantur, ita ut sensim proprium suum tonum recipiant hae partes, et cum sensibilitate nervea universali in illam redeant relationem, quae ipsis concessa est; Minime vero permutatio psychica physico organica illa

*). Opinio cl. Reil de uteri polaritate mutanda, ab iis quae D. G. de morbis symtomatodes sunt observata, atque ab iis quae A.D. de Graviditatis et Puerperii phaenomenis constant, clara luce justificata est; praecipue, quando haec ad totum systhema nervosum reducitur.

normalis adeo est, ut non darentur turbulationes; Metamorphosis illa memorabilis saepe tristissimas sequelas secum ducit; Morbus huic exclusive proprius, morbus puerperalis, febris puerperalis omnium forte morborum existentium plurimum variantem conspectum, diversissimam qualitatem ac indolem praebet, et pro re illarum gestationum maxime variantes contemplandi et curandi modos in se inhiberi passus est: Nos pro judicio nostro hunc morbum plerumque offendimus cum sequentibus simulacris. *)

Imo. *Febris puerperalis cum superpunctione vel potius cum subactu a causa morbifica.*

IIdo. *Febris puerperalis symtomatosa.*

IIItio. *Febris puerperalis cum habitu sthenico inflammatorio.*

IVto. *Febris puerperalis nervosa asthenica.*

Vto. *Febris puerperalis cum stimulis catarrhalibus et gastricis;* hi sese possunt applicare, ac re vera se saepe applicant nunc maturo nunc serius omnibus dictis morbi conditionibus.

I. Causae quae partim in graviditate, partim in partus actu, partim in puerperio, ante

*). Quod hic minus animadvertitur infebrem ita dictam lacteam multis puerperis sensilioribus propriam, vel e causa occasionali facile oriundam, qua et organismo in qua functiones corporis lentius procedunt, ut puerpera in veram lactantem mutetur, haud raro opus est facile perspicit physicus.

omnia quae in minus bene ordinata adaptatione rerum non naturalium debent investigari, genuine mutatas functiones corporis perturbare possunt, totus organismus imprimis systhema nerveum impeditur permutatas ejus partim novas functiones decenter perficere; Fluxus puerperii et lochiorum partes graviditatem proxime comprehensas a sua succulentia liberaturus, ut hae partes sensim tonum suum recipere queant, perturbantur, remanent vel supprimuntur; Mammae lactis copia quae superpluent, non ad perfectam activitatem perveniunt; Partes membranaceae praecipue abdominis genuino morbose inflammantur, organismus in has reactionem suam excercens, febrem facit oriundam, quae prout agendi vis organismi ipsius sese habeat, et prout systhema nervosum hunc agendi modum magis aut minus intercipit, nunc minori *a* nunc majori Euphoria antecedit; Status subactus *b* vulgo hoc modo se offert; Inflammatio topica quae praesertim partes abdominis membranaceas primarie afficit, breviter at gravissime praecedit, apprime doloribus topicis se excerens; vel illud minus potuit observari et subactum a causa morbifica effectum. tactum et sensationes puerperae directo intercepit adeo, ut illud non tanquam signum pathognomicum accipi potuerit; An

arteria vel pulsus nobis in hac re normam suppeditabit, ut conditio topica partium peculiariter affectarum et ut generalis agendi potentia organismi morbosae confiniri possint? Saepe pulsui vel systhemati arterioso directo adeo partitur subactum generale, ut conditio debilitata hujus se statim velit annunciare; Praestant haec, puerpera medico est cognita constitutionis corporis quidem robustae, vel saltem constructionis corporis haud debilitatae, durante graviditate vel potius adhuc sub partu extraordinariis influxibus debilitantibus non fuit exposita; in hoc quidem casu curandi modus a nobis saepius cum fructu est inhibitus in febre puerperali scilicet et sub un. dir., cura artificialis omnino dicendus: Sicut nos putamus cum fructu artificialem medendi modum ad curationem pleuroperipneumoniae gent. dir. et adhibuisse et semel annotavisse, sic temporibus paulo anterioribus ad un. dir. cura medica artificiali in morbo puerperali cum subactu usi sumus; haec dicta medendi ratio artificialis in casibus desperabundissimis visibilem morbi restaurationem attulit: Aegrota exempli gratia valdopere in sua sensilitate obtrita, procumbit; morbus modo initium cepit, lochiorum fluxus et secretio lactis non agunt vel eminenter sunt cohibiti, pulsus est parvus

vel non ostendit robur quod aequiparandum est cum conditione aegrae morbosa, haec ultima non in tantam veram debilitatem vult aestimare; confestim medicus practicus se activum praestare debet, alioqui vel aegra subito moritur, vel vires subactae (illud vero rarius obtingit se elevare possunt ita ut nervi probabiliter mutata polaritate e conditione subacta de novo solvantur, hincque reactioni generali spatium dent, ita ut pro more conditionis morbosae cum cute molli calida humida caet. speciales corporis functiones uti puerperii et lochiorum fluxus et lactis secretio revertantur, et cum his sanitas restituta sit), vel reactio nunc primum annotabilem conditionem febrilem excitat, quae in comparatione cum aegritudine topica praecipue abdominis. multos gradus stheniae et astheniae designatur, qui tamen hoc commodum praebent, quod a medico cum suis sensibus possint comprehendi; ita ut juxta hos cura medica apto possit regulari: In nostro autem casu illud non obtinet, emendatio non potest exspectari, activitas temporaria sola hic necessaria est, si nos nunc persuasum babemus de necessitudine rationis medendi artificialis, tunc primo loco instituitur venae sectio, cujus liberalitas juxta circumstantias praecipue pro corporis constitutione puerperae

regulatur, minus ad idaeam morbi, astheniam simulantis amplius spatium statim sanguinis missioni conceditur, pro re vel pro respectu curae medicinalis moxsecuturae; Vulgo hic animadvertitur in conditionem catarrhalem gastricam: Medicamenta quae potentiam combinatam promovendarum alvi evacuationis et perspirationis secretionum in se continebunt, adhibentur, quam difficilis quidem idaea horum sit combinanda, inquirenda erit hujus essentia in modo administrationis.

E. g. *Potio.*

R. Infus fol. sennae ℔j
Sulph. sodae
Extr. tarax. aa ℥ß
Rob. sambuc. ℥j
Oxym. simpl. ℥ij
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

Aegrota post venae sectionem factam si fieri potest, dum aegra pediluvio calido utitur. in lectum calefactum est deposita, Lodicibus supersternitur, adeo ut respiratio aequo agere possit, imprimis videntur tori plumei esse elegendi tantopere ut aegra majorem lodicum accumulationem haud ferre posset; Theae calidae ex. flor. sambuci vel ex sero lactis cocti recenter ebutyrati nunc unius nunc alte-

rius *) calide ad ferviditatem usque dantur, sine quod illa ferviditas nocere scilicet possit; non parvis quantitatibus vel portionibus verum continuo ad *quantitates* donec perspiratio in veram evaporationem transierit; haec evaporatio sustentatur; cum aucta cutis activitate in evaporationem versa, aegra saepe permultum levatur, et evaporatio ipsa nunc non amplius ingrata est, sed est jucunda: gaudetur nunc puerpera aegrota se curae artificiali tradidsise; quae cura inprincipio saepe patietur repugnantiam cum evaporatione aucta ante omnia sustentanda et lodicibus, et potubus, non tantum relaxatur cutis, arteria fit sensim liberior, amplior, saepe veram inflammatione indicatura; haec ultima conditio venae sectionibus sequentibus, saepe etiam potioni medicae addendo salia refrigerantia uti nitrum de tempore in tempus refrenari vel temperari debet, ut neque conditio generalis in febrem inflammatoream, nec conditio morbosa localis partium menbranacearum praesertim abdominis, uteri et peritonaei in statum exaltatum inflammatum abeant: Saepe puerperii et lochiorum fluxus est suppressus, jam dolor abdominis statum

*). Huic substitui posset lac dulce leviter tamarindinatum et pro causa rerum vel magis vel minus dilutum.

subactum breviter antecessit, vel dolor cum adaucta evaporatione corporis se praebuit, in hoc casu optimum experti sumus effectum postquam abdomen antea illinitum est cum linimento volatili, opiato, et camphorato post iteratam de tempore in tempus illinitionem, interea abdomini imponendo saccum linteamineum, seminibus lini coctis oppletum, ad crassitiem unius vel 1½ pollicum, tam calide applicatum, quam perferre posse aegrota videtur, et aeque ac linimentum de tempore in tempus renovatum; ubi hujus vel horum applicatio non erat comprobanda, fomentationes Schmuckerianae eodem modo apprime calido applicatae, saepe magnam opem praestiterunt; Exanthema cutaneum ex. grat. *miliaria* praecipue rubra hic locorum nomine *Kraamruit* cognita jam hinc ab initio curae medicinalis adesse potest, saepe sub cura data vel inter morbi curationem provenire potest, videtur etiam saepius esse sequela aurae frigidae inter evaporationen negligentius peractam susceptae vel aurae frigidae sequela est, susceptae, interea quod Aegrota Balneo vaporis aquae calidae infimi ventris aegritudinibus medendo, utitur; vel obtinent miliaria ubi vestimenta concalescentia paululum negliguntur, postquam evaporatio jam aliquamdiu viguit; quae ultima

operatio medica exanthema hoc miliare etiam sine aurae susceptae notis in sequela habet; illud tamen parvam sollicitudinem movebit exanthema per se consideratum, et vix cura dignum, nisi ex hujus augmento vel diminutione, et praecipue coloris mutatione hujus exanthematis, in conditionem generalem prognosticum quid saepe esset petendum, quod itaque interdum a medico ut comes viae haberi possit, ad suam reliquam medendi rationem quodammodo regulandam: Plus haec sunt memoratu digna, puerpera cum et inter evaporationem ad pleniorem et perfectiorem mentis compotentiam sui ipsius non tantum reversa est, tactum suum sensualem et comprehensibilem recuperavit qui puerperae scilicet, etiam puerperii et lochiorum fluxus et lactis secretio plane vel pro parte sunt reversi; hae functiones puerperae naturales praesertim ultima, conari debet, ut in activitate persistant; ita ut mammae de tempore in tempus evacuentur, si fieri potest suctio infantis neonati ipsius prae eligatur: Hoc modo ab ratione medendi artificiali, saepe, et loqui licet, in casu nostro indigitato saepe tantum hoc modo, sensibilitas nervea dimota reducitur, reactioni organismi in stimulum morbosum spatium conceditur, et graviditatem elapsam pro parte vicariantes

functiones corporis speciales, lochia et lactis secretio revertuntur, et hoc modo haud raro aegritudini topicae praecipue abdominis palus ac stipes imponitur, ita ut de novo natae, vel saltem melius modulatae functiones lactis secretionis et lochiorum fluxus, sufficiant, ad haec ulterius complananda; ita et cuivis medico curae artificialis momentositas in hoc morbo abunde patebit: Quod cum nimis diutina insistentia curae artificialis a nobis perhibitae, conditio nimia sthenica tam totius organismi in genere, quam affectionis localis partium membranacearum praecipue abdominis in specie, prostabit, extra dubium est: In inceptu curae ubi haec conditio vel jam adest, cum completa evaporotionis periodo procedit, vel et quidem, si cum aliqua certitudine in mox apparere conditionem inflammatoream potest computari, debet uti dictum est, haec conditio inflammatoria cum venae sectionibus, cum nitro, salibus laxantibus refrigerantibus, refrenari; minime vero statim desistendum est ab evaporatione, verum continuandum, theae calidae abundante copia porriguntur, interea quod sedes sufficienter agat; Haec ratio curandi in uno tempore duas praeclaras corporis functiones, quales sunt sedes et perspiratio, in magnam activitatem movens, potest praesertim cum

observantia debita conditionis inflammatoriae reactionem morbosam aliquatenus cogere, ad sua introire ut debeat; ita ut saepe prius quam die tertio post inceptum evaporationis etc., cum hac operatione sensim desisti possit; Lochiorum fluxu et lactis secretione pro parte jam, vel sufficienter ad normam reductis; quippe quando ulterius provecta curatio modo descripto scilicet vel artificialis, non tantum esset supervacanea, verum etiam omni indicatione careret, et valde nociva esse, posset.

II. Conditio nervea vel actio nervorum in graviditatis cursu in sphaeram genitalem magis magisque sese dirigens, simulque genuino subversa (omgestemd) ita ut haec subversio propemodum ad finem graviditatis in vita sociali saepe a quovis apto observatore possit percipi, post partum hac sua (rigtinge) directione sublata, non potest redire statim, nec necesse est, quod statim revertatur ad suam naturalem destinationem; potius videtur haec functio vel haec proprietas qualitativa videtur pati *Divisiones;* magna pars hujus certissime flectitur ad *Mammas*, et in has potentiam suam excerit, videtur tamen comparata cum sua indole ad graviditatis sphaeram *hic* oppositam polaritatem occupavisse.

In sphaera graviditatis videtur magis con-

tinentiae, in Lactis secretione vel functione mammarum protrusioni favere. Alia pars uti liquet aperto ex praestantiori animi actione post partum; in lactante femina quae observatur, systhemati cerebrali et nervis redditur; quod haperquam annotabiles divisiones fluidi, quale est hoc cum systhemate cerebrali et nervorum imo cum ente immateriali feminae, in intimo connubio degens, infectioni causarum morbificarum valdopere faverent, vel passionibus multivariis majorem ansam darent, nulla theoria vellet, neque ulla experientia hoc posset obloqui:

Mulieres constitutionis tenerae sic et feminae quae in suo puerperio gravioribus animi motibus fuerunt subjectae, vel durante graviditate validioribus curis et sollicitudinibus sese dederunt, in quibus adaptatio rerum non naturalium in meatu graviditatis, et praecipue in puerperio, non pro more Decentiae locum habuit; vel quae in graviditatis ultima periodo, vel ad partum, vel in puerperio exquisitius causis morbificis, uti magis etiam specialiter miasmati catarrhali typhoso, *) expositae fue-

*). Saepenumero cum minori malignitate hic datur quaedam muniorum reciproca aestimatio, dicti miasmatis: potest itaque cum sedulo opere per opem vel ductionem medicame apparitonem justam aegritudineam eaterus amo-

runt; in quibus uti saepe fit, pariter derivamina naturalia puerperae, lochiorum fluxus et secretio lactis innormalitate laborant (cui vicationi apparentiae irritabiles et sensiles majorem habent pronitatem) abannotabilibus quidem affectionibus partium membranacearum praeprimis abdominis ejusque cavi diversorum organorum, nonnunquam corripiuntur, quae cum invalida vel maxime variabili reactione organismi congruunt, licet in his casibus sedulo opere adhuc valdequam opus est, nulla morbi cohibitio tamen ex eo amplius exspectari potest; et morbus qui datur, est morbus vel febris puerperalis asthenica typhoidea, saepe *symtomatosa* et hic morbus vel haec febris si eventus erit faustus, nonnunquam seriem quamdam phaenomenorum huic propriorum observare debet necessario, quae vel magis vel minus vero morbo puerperali genuina sunt.

Peculiaritates quas conditio nervea acuta in morbo puerperali vel febre puerperali osten-

---

veri miasma, ut non ad genuina vel vera symtomata nervosa perveniatur, morbus qui hic cum Puerperio concurrit apud nos maxime faniliaris et frequens epidemicus vel quidem endemicus cum variis suis complicationibus et compositionibus totam saepe nostram endemiam vel epidemiam qui constituit, a. Dt. J. P. Michel suam variam divisionis et curationis riatonem invenit in volumine, over de catherrhale koortsen.

dit, ex diversa origine ortum suum ducere videntur, *plenitudo succulenta* totius corporis praecipue partium abdominalium, in intimiori attactu cum graviditatis sphaera degens, *partitio* actionis propriae nervorum, vel actionis communis cerebralis computata, cum actione vel conditione nervea systhematis symphatici, haec omnia collaborabunt in febre puerperali, ut hic morbus genuino characterisetur; *) ita verbi gratia in febre puerperali typhoidea saepe pulsus non tantum est debilis, parvus ut in typho sine morbo puerperali, vel in typho vulgari absque febre puerperali, sed pulsus simul est vacillans.

Morbositas topica in hac febris puerperalis specie morbositas nempe topica membranarum praecipue abdominis (peritonitis), si quando non est phaenomenon maxime excellens, tunc saepe dantur noduli spasmodici, nunc hic nunc illic, †) indicantes implicationem conditionis nervosae symphaticae, locos indigitantes ubi saltem pro praesenti tempore sese morbus collocavit, ubi et perscrutari et pro rebus reper-

*). Duo illa memorabilia omnia illa phenomena aliena in morbo puerperali quae offenduntur, passim videntur posse praestare.

†). Hic morbi status cum passione hysterica multum habet commune.

tis debet curari; sin illud minus obtinet, si in conditione nervea acuta morbositas topica membranarum maxime momentosa est, et si sedes morbi ut plurimum est abdomen hoc pro momentositate localis et generalis status morbosi, nunc maturius nunc serius, nunc magis nunc minus extenditur, inflatur, partes patientes partim in organa morbosa secretoria abeunt, inflammantur scilicet et suppurant, et a sphacelo et gangraena afficiuntur; saepe ille triplex status post vitam ad sectionem cadaveris in uno unico secato subjecto una et conjunctus, offenditur, quo plus laboris systhema nervosum vero in hoc morborum statu inhibeat, quo plus se convulsionibus vel motibus abnormibus systhema nervosum defatiget, eo citius plerumque mors; quo minus intensivi hi motus sunt, eo diutius vulgo vita potest conservari; ultimus rerum status tamen officiis morbificis membranosarum partium valdopere favebit.

III. Morbo puerperali cum habitu inflammatorio 1mo disponunt anni tempora quae evolutioni diathesis phlogisticae fausta sunt 2do puerperae constitutionis robustae in quibus novae functiones lochiorum fluxus et secretionis lactis in puerperio, plusquam in casu opposito irregularitatibus sunt submissae; hae non raro a morbo hoc puerperali arripiuntur, qui cum

minori passione nervea summum quidem gradum habitus inflammatorii assumit; pulsus plerumque est magnus, plenus et fortis sanguis emissus ilico gravem crustam inflammatoriam ostendit, qualem cum possibilitate sanationis, forte nullus alius morbus inflammatorius tam cito valet ostendere; etiam affectio localis partium membranaceo fibrosarum praecipue abdominis (Metritis et Peritonitis) saepe annotabili in gradu adsunt, quae cum dolore urente partium patientium magis magisque habitum minitantem assumit, qui nisi Ars omnimode cum apparatu antiphlogistico armata, subito aversionem perficere queat, veras accumulationes purulentas (abscessus) aut cum majori intensitate gangraenam localem et statum magnum putridum excitat, qui saepe cito mortem secum fert.

IV. Cum in morbo puerperali cum subactu (overstelpinge) optimum per curam medicam artificialem a nobis prolatam, non solum versio fausta morbo generali conceditur; sed etiam locali affectioni membranarum, praecipue abdominis, palus ac stipes ponitur; et in morbo puerperali cum conditione nervea acuta, status catharrhalis nervosus ductione apta medici et sedula apparitione aegritudinea ad lectulos Aegrarum, saepius si arcetur, sine

quod ad proprie dicta symtomata nervosa perveniatur; extremae difficultates sunt vincendae, si res se non ita habet; maximae opifactiones medici, optima exhibitio apparatus medicamentorum, electissima medicamenta non raro frustra comministrantur; quorum causa plerumque in maximis controversitatibus phaenomenorum morbosorum, dependentium a dicto tenore nervoso (Zenuwstemminge) qui partitiones patietur, et a generali succulentia, quae derivamento puerperii, lochiorum fluxus et lactis secretionis ope indiget, et in cum illis se combinantibus difficultatibus generalium functionum naturalium corporis, quae ultimae functiones cutis perspirationem, sedem, et urinae emissionem volunt, est quaerenda.

Haec farrago rerum circumstantium Medicum minime tamen ad incertitudines ducat, certo, quo magis uberes circumstantiae morbosae apparent, medicus haec duo puncta sumere poterit, ad quae Idaea morbi ejusque cura rationalis illum ducere debent: Imum est, aestimare conditionem nervosam: IIdum dirigere secretiones; sive hae secretiones sint generales uti perspiratio, sedes et urinae missio *) sive

*). Secretio, ordine quae sequitur tertia, etsi observantiam irregularitas ejus postulat, attamen raro in hoc morbo pro medendi scopo inservire potest.

sunt speciales lochiorum fluxus et lactis secretio; minus se confiniet medicus ad optionem remediorum peculiarium, pharmaceuticarnm quae postrema remedia tantummodo in morbi formam dynamicam respicere debebunt; cum nimirum vires medicaminum in morbo typhoso usitatorum, praesertim annis postremis adeo sunt serenatae, et materies medica cum ingenti sua copia medicamentorum electissimas cum praebeat formas ac formulas, hinc a floribus chamomillae usque ad mosschum series fere indevisibilis medico ad eligendum cum praebetur, quae itaque quibusvis indicationibus aequales duci possunt, tantummodo quaestio restabit, quam nos jam monuimus. quaenam corporis puncta scilicet magis peculiariter sumi debeant, in quae actio medicamentorum eligendorum confinietur; Nos annotavimus quod praesertim duo puncta, quod duae metae essent aestimandae Ima erat aestimatio conditionis nervosae, IIda regulatio secretionum.

Ad febris puerperalis asthenicae formam quod attinet; magnum discrimen generailter recognitum, se praebet in hoc primo puncto, utrum scilicet conditio nervosa cum aucta sensilitate organismi universalis et partium peculiarium patientium (Erethismus) sit con_juncta, num vero ita dicta activitas diminuta

conditionis nerveae (Torpor) in toto organismo vel in aliqua peculiari corporis parte se praebere vult; cum vero potentia medicatrix medicamentorum nervinorum vel medicaminum, quae statum asthenicum tollunt, aeque ac morbi quibus inhibebuntur, in medicamenta quae erethysmum (auctam sensilitatem) ad normam reducunt *), et in medicamenta quae qualitatem torpidam (diminutam irritabilitatem ac sensilitatem conditionis nerveae in genere et partium peculiarium in specie, etiam peculiari modo excitare valent, †) ex indole suarum virium sese dividi patiatur, ita et ratio medendi primo intuitu simplicissima esse videbitur; Etiam illud neque theoria neque experientia abnegant; Habitudo tamen corporis puerperae ipsa illam adfert farraginem circumstantiarum morbosarum tanquam phaenomenorum sibi exclusive propriorum quae a nobis de industria sunt tractandae phaenomena haec uti nos vidimus debent adscribi: I generali plenitudini succulentae corporis, et partium hujus; et II nunc requisitae partitioni conditionis nervosae; ita ut huae duae praestabilitates officio

*). Cujus primi generis valeriana, aether nitricus alcoholicus

†). Cujus secundi generis arnica, Aether sulphuricus alcoholicus ubi prima tenuius secunda saturatius sumta, egregia praebent exemplaria; cui et cura externa quae v. c. epispastica balecea, caet. habet, certo adnumerari debet.

medico saepissime quidem dignae judicabuntur, quare cum cura prosequi debeant. *Cura praeservativa* *) cura haec puerperio etiam majoris momenti est.

Quod ad puerperae curam in genere spectat potentia medici puerperae opem allaturi in eo consistet, ut justa adaptatio rerum non naturalium fiat; quae adaptatio respiciet in assumtionem debitam et convenientem cibi et potus; in temperaturam puerperae circumdantem, modice calidam servandam; in aerem respirandum recentem, salubrem, saepius renovatum, illi conciliandum; et quod forte nimium negligitur in puerperae apparitione, rectius observandum et animadvertendum in juste ordinatam ductionem animi affectionum; huic major cura saepe ut impenderetur, magni quidem habendum momenti; etiam in dato morbo puerperali haec maximam merebuntur attentionem.

Cura Medicinalis.

Morbus puerperalis febris puerperalis separatus ab aucta vel diminuta irritabilitate ejusque variis gradibus incitabilitatis, vult deductionem suae plenitudinis succulentae; tricae hujus maximae sunt potentiae in dicti morbi datam

---

*). Vel v. c. motus corporis salutaris pro gravidae constitutione et graviditatis stadio aptatus cum quiete debita apto tempore commutetur.

reactionem (Insurrectio) non solum, verum etiam postquam haec jam desiit, hae tricae in remotissimo morbi stadio saepe adhuc ab annotabilissimis perturbationibus corporis functionum, et corporis partium variis morbositatibus, insequuntur: Tanquam norma medendi accipi potest, illic ubi nulla peculiaris medendi ratio postulatur, in casibus in quibus exempli causa, nulla subactio, nulla conditio asthenica vel nullus habitus inflammatorius cum hoc morbo sunt conjuncta, saltem ubi cura se non exclusive ad unam harum conditionum adstringere necesse est, illi secretioni plurimum occurri debet, quae minus activa deprehenditur: Sive hae tricae in secretionibus naturalibus specialibus, lochiorum fluxu et lactis secretione, vel in secretionibus naturalibus generalibus. Perspiratione, alvi evacuatione et urinae secretione et emissione, dentur; In non suppressa, verum tardiori activitate omnium forte, vel saltem plurimarum illarum secretionum, medicus se ad paucitates vel ad unam secretionem vertere potest; certe quidem circumstantiae peculiares, ita corporis Aegrae constitutio, temperaturae permutationes vel clymatis influxus varii etc. unam prae altera capere, praeelectionis gratia capiendam facere poterunt; Intuitus vere practicus medico in hac re

praelucebit, num se ad generales secretiones confiniturus, vel organum cutis ex. gr., vel organa gastrica pro meta sua eliget; haud raro invenietur, quod cum adaucta activitate talismodi electi plani secretorii, etiam reliquae irregulariter agentes secretiones, hanc artificialiter adauctam secretionem imitari aemulentur et breviter saepe cum hac ad normam perveniant: Saepe tamen nec cura artificialis in morbo puerperali cum subactione a nobis quae fuit inhibita, neque sedula aestimatio et sedula ac idonea apparitio conditionis corporis feminini *in puerperio*, vel et in graviditate quae fuerit data et *nunc cum majori minorive conditione normali quae forte obtinebunt*, nec opifactio medici in morbo puerperali cum ita dictis nodulis spasmodicis, nec methodus medendi excitans in statu torpido, etiam non in illo morbo (puerperali cum habitu inflammatorio methodus antiphlogistica, non deductio adauctae sensibilitatis (erethismi) quae cum morbis in puerperio saepe datur, etiam non in majorem activitatem ponere functiones quarumdam vel unius naturalium generalium vel naturalium specialium secretionum sufficiunt, ad sequelas praecipue affectionum localium abdominis prohibendas; quo melius autem dictis indicationibus satisfieri potest, et re in vera satis

datur, eo minus momentosae hae sequelae sunt, de quibus sequelis saepius notatis adfinem acticuli hujus IV plura.

Tanquam saltus morbi puerperalis adhuc annotari potest *Metasthasis lactea* segnior activitas organorum secretoriorum ut sunt lochiorum fluxus, lactis secretionis, perspirationis negotii, sic etiam alvi evacuationis innormalitates, vel quidem sordes gastricae, in puerperio dant occasionem metasthasi lacteae, quae cum non sufficienti agilitate vel cum actione irregulari nervorum perficitur, Diversae partes corporis ut sunt ex. caus. Regio inguinalis, activitatem mammarum et saepe etiam lochiorum fluxus in se suscipiunt; hae corporis partes (Inguina) quantum illorum compositio anatomica admittit, in organa secernentia mutantur, fluidum quoddam in his corporis partibus secernitur, quod invenitur maximam convenientiam cum vero lacte mammarum habere; Hoc adhuc tanquam perfectum quid, considerari potest; quando vero partes ex majori morbi analogia jam morbose patientes, ex. loc. abdominis, operam dant, ut hanc officii vicissitudinem perficerent, quando diversae membranaceae partes e. c. capitis (mania lactea) vel ad quas nos adstringemus partes, quando partes illae fibroso membranaceae abdominis innormalibus puer-

perae secretionibus occurrere volunt, videmus has ad dictas diversas morbositates inflammationis, suppurationis et gangraenationis abire, et lactis secretio quae hic circa has ultime dictas partes fuit data, licet annotabilissimae abundantiae et quantitatis, nequaquam adhuc cum illa quae in inguinorum ambitu fit, et quae hanc ob causam jure merito metasthasis lactea vocatur, aequiponi potest; absit quod veram lactis secretionem vel illam mammarum adaequaret: Haec pictura emporetica vel illae planities abdominis quae saepe ab immani quantitate lactiformis fluidi alluuntur, putatae sunt medico maximam interessentiam habere, et cum emphasi praesertim annis postremis a permagno numero medicorum sunt pertractatae, tantopere ut medendi ratio morbi vel febris puerperalis se praesertim ad hanc picturam emporeticam confinierit; saepe cum quadam incuria morbi causarum praedisponentium et occasionalium; Hi auctorum labores tamen effecerunt, ut curatio ultimi dicti morbi ad magnum perfectionis et simplicitatis gradum pervenerit.

Essentia hujus morbositatis quadantentus curationis capax est, supponi debet consistere, in affectionibus inflammatoriis partium fibroso membranacearum, praecipue abdominis; quae

affectio inflammatoria pro indole partium patientium naturae lymphaticae plasticae est; hae partes nervis ditissimae et hi minus bene vestiti ab adjacentibus et circumjacentibus integumentis, cuivis stimulo sensiliores sunt, ita ut erethismus inflammatorius et erethismus nerveus hic pari gressu cursitent, et morbi phaenomena duplicem utriusque morbosae speciei characterem commonstrent. Mercurius dulcis et opium plerumque combinati et saepe haud parva quantitate inhibiti, sub bona ductione, sanationem si possibilem, perficere possunt, quae cura interna utiliter ab externis ad artic. I nominatis, vel ab inunctione ventris cum unguento mercuriali sustentantur. *)

V. Minor mobilitas nervorum gravidam in ultimo graviditatis periodo quae vulgo sequitur; Gravidae quietem recommendat pleniorem; inhabitatio foetus infantilis sua praesentia punctum aequilibri in corpore materno dislocavit, et pondere suo musculorum voluntariorum motum ingravavit; Graviditas ipsa valdequam situm diversorum viscerum imprimis abdominis et magis in specie intestinorum (der darmen) permutata, eorumque normales

*). Sic in consimili passione ad G. D. ung. opiat camph. eximie conduxit

functiones nunc magis nunc minus praepediens, cum causa habentur accumulationibus saburrae primarum viarum valdopere favere; Vitiositates concoctionis ciborum, irregularis actio sedium et Aegritudines inde dependentes vulgaria sunt phaenomena in gravidis, quare cura praeservativa, quae saepe opem medicam (Eccoproticam) postulat, ita tartarus vitriolatus, manna, electuarium lenitivum in tali Aegrimoniae conditione perquam bonum operantur, vel tale electuarium satisfacit scilicet.

R. Pulv. fol. sennae ℥ij
Cremor. tartar. ℥iv
Rob. Ribesior q. s.
m. f. El.

Quando vero inepta adaptatio rerum non naturalium datur, insolitae animi commotiones obtinent, vel quando et simul nimis validae infectiones aeris temperici gravidam per excellentiam inficiunt, hae affectiones deprehenduntur praesertim in organa gastrica confiniri; nunc magis hepar nunc magis lien in his affectionibus peculiarius tangitur; Primum si obtinet, vel quando affectio hepatis annotabilissima est, tunc (caeteris paribus) hoc viscus saepe semetipsum ex sua morbi conditione elevare novit; plusquam vulgaris copia materierum biliosarum ab hoc saepe in ventriculum

et duodenum effunditur, quae numerosioribus alvi evacuationibus (sedibus) vel et per vomitum extrorsum educuntur, hincque impetus causae morbosae magnopere frangitur; quando vero morbositas plurimum infecit lienem, tunc rerum status saepe quidem minorem metum excitat, sed nihilominus hic rerum status haud minoris saepe majoris momenti est; Hoc viscus sua actione naturali non uti in hepate saepenumero obtinet, impetum morbi ablegare potest; diutius hanc in sua constructione organica contentam retinet, conditio morbosa *) peculiaris chronicae indolis nunc magis nunc minus inflammationi aequalis, in hoc viscere datur; quae a medicina recognita, antiphlogisticum medendi modum et rationem medendi resolventem saepius requiritur, ita ut haec conditio lienis morbosa insuper ut ad perfectam sanationem perveniatur, saepe prudentem administrationem remedii cujusdam mercurialis (remotiori in morbi periodo) indigeat, licet alioqui pede succenturiato cum mercurio in graviditate sit versandum; saepe tamen conditio morbosa hujus visceris in graviditate illuditur, gravida manet laborans, et plerumque primum a partu cum ipsius appendicibus e statu suo

*). Haematemesis quidem saepe talem causam arguit.

morboso elevatur; vel uti dictum remotiori in morbi periodo administratio remedii cujusdam mercurialis opitulatur: Haec vero si non contingunt, sensim Melancholia, cachecticus status, status artrabiliarius vel et melaena evolvuntur: absque ut varia mala organica ex eadem morbi causa orta, vellemus. *)

Cum omnibus dictis de graviditate et partu post permansas causarum morbificarum infectiones, tam in graviditate quam in et post partum existentes; memoratu perdignum manet illud, quod nos hodie experimur, scilicet absentia morbi vel febris puerperalis proprie dictae; cum permutatione stasis morbosae generalis U. D. peculiaris, vel potius cum existentia insuetae gentilis directionis, proprie dicta febris puerperalis suam amisit dignitatem vel existentiam; Essentia istius morbi maximopere fundata in lymphatica inflammatoria conditione fibrosomembranacearum partium, quae inflam-

*). Ex hac lienis passione morbida hodie ubi epidemice observatur, in gravidis *uteri Putrescentia clariss. Boer* si declaratur, utpote quam causae operandi vim in distantia agere, esse solitam vidimus; quaenam inde utilitas et generi humano, quodnam emolumentum exinde et arti medicae non redundant? quanti ergo pretii etiam universae directioni ipsi non aestimanda erit Directio gentilis?

matoria lymphatica conditio tantopere exsudationi favit, et quae exsudatio derivari debet ab exaltata quadamnmodo solida conditione fibrae sanguineae, vel saltim in hac recognoscenda U. D., non invenitur existere sub G. D. conditio forte exaltata quae morbos puerperarum hodie concomitabitur, nunc et quaeri et inveniri debebit in sub U. D. parti sanguinis fibrosae submissis in sero et cruore, qui exaltati incrassati sub D. G., exsudationi non tantopere favent: Partitio autem conditionis nerveae post partum certe quidem adhuc hodie aeque ac antea data, si quid efficiet in ortu morbi puerperalis etiam peculiaribus modificationibus sub G. D. erit submissa, et morbus febris puerperalis si quando datur, multo alius naturae ac indolis est: Hic morbus puerperalis G. D. in quadam simili comparatione cum modificatione morborum nervosorum quae obtinet, uti sunt symtomata.

A. D. comparata cum morbis symtomatodes; ut est encephalitis A. D. comparata cum inflammatione nervorum symphaticorum G. D., ut stat prosopalgia universalis directionis ad eumdem morbum sub gentili directione, et sic porro, erit contemplandus; in remotiori puerperii stadio vehementem spasmum topicum abdominalium partium praecipue peritonei

morbus ad G. D. monstravit. sed an morbus puerperalis vel nominatim febris puerperalis ad gentilem directionem non invenitur? illud perquam aegre suspicari posset; signum characteristicum hujus morbi non potest recognosci; *) Illud quod experientia nobis hac de re percipiendum dedit, nos facit concludere morbum puerperalem febrem puerperalem gentilis directionis aberrationes pati, tam temporis quam loci, potest hic morbus se forte jam in graviditate talem qualem praestare, forte post tempus spatiosum partus, se adhuc qui talem praebere,

*). Ita morbus hic g. d. nunc v. g. est synochus catarrhalis nunc est passio fabrilis meningea spinalis; vel complicationem utriusque morbi subit.

Metonomice.

Mulciber in Trojam, pro Troja stabat Apollo; Aequa, Venus Teucris, Pallas iniqua fuit. Ovid. de arte amatoria.

Praeter usitatiora in Passione menyngea febrili conducere possunt *FloresTiliae HB menthae Sylvestris.*

Morbus *n*oster vel passio menyngea spinalis quando semel lentum in puerpera prosequebatur meatum, mederi potuit.

a [1]. R. Decoct. Cort. Peruv ℥ x vj
Mannae optim. ℥j
Aeth. nitr. alcoh. ʒiv
m.

[2]. R. Mosschi orient. gr. x
Sachar. candid. ʒiv
m.

et adhuc aliis peculiaritatibus obnoxius erit, quas nobis nondum pro hoc tempore in suam veram lucem ponere luberet: Nam ut inter plures aberrationes una notetur, sic morbus puerp. g. d. in una individua febrem hecticam, oppressionem pectoris et magnam pulmonum exsudationem, exhibuit. Ad aberratam localem morbi conditionem procul dubio referri potest.

Phlegmacia.

Haec comperietur excepisse *Picturam emporeticam* et *metasthasin lacteam*. et hic morbus vel phlegmacia itaque tanquam gentili directioni proprius accipi potest; sed posset quaeri, an ad ortum vel ad existentiam phlegmaciae requiruntur graviditas et partus? Num phlegmacia tantum in feminis et quidem in feminis puerperis observatur? Illud velle contendere ad maximas perduceret absurditates; Experientia illud quotidie obloquente. Sed num experientia tam clare obloquitur ortui hujus morbi (Phlegmacia) post causas, quae ad universalem directionem morbis inflammatoriis ymphaticis favent? in causas quae sub un. dir. catarrhum dysenteriam vulgo efficiendam faciunt? Quod ad me attinet, sic habeo, phlegmacia hodie perquam vulgaris, inflammationem lymphaticam cum illius sequelis excepit; Hic

morbus (Phlegmacia) saepe alium quam dictae inflammationum lymphaticarum morbositates, tenet locum; non eamdem verbi gratia cum dicta metasthasi possidet qualitatem, neque et eamdem medendi rationem admittit cum dictis morbis lymphaticis quae dari debebit.

Sanguificatio vitiata, diathesis phlogistica se in fibra sanguinis excerens, vel in hac se cognoscendam reddita, vulgo cum ratione medendi antiphlogistica obvenitur; In morbi initio haec diathesis vel haec sanguinis vitiositas per venae sectiones, salia refrigerantia imprimis per nitratem potassae haud raro praevenitur; quae autem si non obtingunt, cum valida quidem activitate causae morbosae sed minori intensitate curationis, haec sanguinis conditio vitiata itaque, uti non raro obtinet, post moram morbi diuturniorem vitiositas haec quidem vulgo sistitur; et prae reliquis conjuncta cum affectionibus localibus partium fibroso membranacearum quae existit, a dicta antiphlogistica medendi cura saepe non ad completam sanationem perducitur, Aegritudo saepe cum aliqua imminutione phaenomenorum morbosorum continuatur; et medicus Audax dum in et post quamlibet factam venae sectionem, crustam inflammatoriam sanguinis emissi adspicit, non raro pede incepto pergitur,

crebriores parvas venae sectiones instituens, Sub hac medela minime vero semper cessat morbus, continuat saepe, ita ut hydrops et status hecticus non raro in sequela sint: et tamen vel sic causa morbosa (diathesis sanguinis phlogistica vel qualitas ejus morbosa plastica) persistere potest; temporis punctum vero ubi maxime terrentia phaenomena morbosa imminuuntur, sive affectio localis partium fibroso membranacearum evidenter cum hac sit conjuncta, vel etiam ubi illud minus agnosci potest, est punctum in sanguificatione vitiata, ubi haec directo debet obveniri: Nullum medicamentum viribus mercurialium vel exempli loco mercurii dulcis aequiparandum, certo cognitum est; quique sapienter inhibitus, plerumque sufficit ad sanguificationem illam mancam et morbum cum hac conjunctum, evanescere faciendam; *) Hic quidem mercurialia sensu amplissimo tanquam optima antihydropica haberi possunt; †) Mercurialia morbose exaltatam fibram sanguinis directe arripientia, illi demunt characterem exsudativum, et post aptam administrationem horum medicamentorum, vel post aptam comministrationem hujus remedii

*). Illud nobis antea de Gutta Rosea ophtalmiae specie patere potuit.

†). Idem quod Professor Franequeranus A. Ypeij annotavit in Materie sua medica.

(mercurii dulcis), haud raro cito quidem sanatio vel sanitas acquiritur.

Convenientiam maximam cum hac vitiata sanguificatione sub un. dir. data, ostendit uti vidimus status hypersthenicus sub gent. dir. cum hoc discrimine, quod in statu hypersthenico gent. dir. post curam antiplogisticam fortiter etiam inhibitam, non tam visibilis inminutio symtomatum vel phaenomenorum morbosorum ostendebatur, quam breviter ante mortem, quippe quando leucophlegmaticus hecticus status dabatur, et virium corporealium vitalium exhaustio, collapsum fuerat passa; in hac re cum sanguificatione mendosa conveniens, quod post venaesectiones quae in phaenomenorum morbosorum momentaneam imminutionem, instituebantur, et quae magnam postulabant liberalitatem, gravis pro specie vera, crusta inflammatoria quod ostenderetur; in eo diversus, quod in sanguificatione mendosa sub un. dir. vulgo post lapsum temporis et post curam antiplogisticam institutam, impetus tumultuarius phaenomenorum morbosorum diminueretur, dum in hoc statu Hypersthenico sub gent. dir. symtomata saepissime vel semper sensim gravitate augebantur, hunc statum Hypersthenicum dir. gent. valdequam verosimiliter a causa gastrica, producto scilicet morbose af-

fecti lienis, sustentari; quod in illa conditione un. dir. non tam luculenter potuit contendi; eamque ob causam hujus origo dubiosa quod fuerit; cum hoc discrimine quod in illa conditione sub un. dir. fibra sanguinis morbose exaltata in causa sit; dum haec conditio vel hic status (Hypersthenicus) sub gent. dir. in probabiliter exaltata, certius in incrassata qualitate in massa fluida sanguinis contentae fluidissimae partis, seri et cruoris constitit; quod in illa conditione un. dir. prudens comministratio mercurii dulcis sanationis curam quodammodo certam redderet; dum haec conditio gent. dir. aestimationem cujusdam causae gastricae nondum bene cognitae postulavit, et Murias hydrargyri oxydulatus in infectione morbifica causae ultimae, quod nullius consolidantis virtutis deprehendebatur.

Ne in longum quidem sub gent. dir. incrassata apparenter plastica conditio sanguinis statum hypersthenicum, ne ipsam quidem exaltatam conditionem requirit, ad existendum; Organismus sub hac nostra constitutione epidemica ut ostendat reactiones contra stimulum morbosum, indiget ante omnia illam stabilem conditionem fluidorum, ex. caus. sanguinis prae reliquis seri et cruoris, hac partes officio partium solidarum fungi debebunt; suntque

itaque hae quidem semper in specie, minime tamen semper re vera in statu exaltato ducenda; (conditio Gelatinosa): ultimum solummodo tam diu obtinebit, quamdiu videlicet reactio satis fortis exspectari potest. Pictura emporetica capit membranam fibrosam, phlegmacia capit membranam mucosam et magis specialiter membranam cellulosam; Pictura emporetica est sequela vel consistit cum activa qualitate organorum vel corporis partium, ipsam conficientium; phlegmacia magis tenet passivam et concedentem sedem; Pictura emporetica est conjuncta cum fibra sanguinis quae magnum gradum consistentiae possidet, phlegmacia est conjuncta cum illa sanguinis conditione, quae in mucosam conditionem magnam inclinationem habet.

Stasis inflammatoria lymphatica in pictura emporetica et post aliquam morbi moram etiam in affectionibus catarrhalibus aliarum corporis partium cum aucta quadam reactione data, uti praesertim illud in dysenteria et in catarrho pulmonum detegitur, illam febris speciem in procedentia habuit, tales infecit corporis partes, quarum affectiones morbosas febris catarrhalis et catarrhus localis solent concomitari.

Nostra hodierna stasis morbosa praecipue recognoscenda anno 1826 quae et adhucdum

quotidie recognosci potest, conjuncta fuit, et adhuc hodierno tempore saepe conjuncta est, cum aliqua concomitante causa morbosa. quae multum commune habet cum vulgari rheumate, haec fuit valde intime combinata in mixtione sanguinis, et praecipue in linguae ambitu agnosci potuit; quaeque et adhuc quotidie recognosci potest; quodque nos hanc ob causam quamvis non in omni puncto similis cum illa rheuma quae vulgo obtinet in catarrho et in a rheumate (materia perspirabili retenta) affectis partibus, tamen vel sic quod pergamus illi de nominationem assuetam conservare, et nomen fluoris catarrhalis sibi quod attribuatur non incongruum erit.

Attamen peculiaris quaedam proprietas inter cursum morborum sub gent. dir. observata est.

1mo. In pleuritide asthenica, post aliquas metasthases plerumque in mortem abeunte, penuria non solum sanguinis boni sed etiam illius relativae copiae, illud juxta observationes factas plerumque dabatur in Aegris, quorum organicae et dynamicae vitae haud validam reactionem concedere potuimus, itaque in personis, minus robustis, Lingua mucida uti jam dictum ante est, comitabatur hunc morbum.

2do. Peculiaris infectio quae dabatur in sanguine quae mucosam conditionem vel con-

comitabatur, vel quae in hanc excedere poterat, quando nulla diminutio symtomatum vel phaenomenorum morbosorum et nulla morbi sublatio post longius aut brevius temporis spatium dabatur; illud cum priori conditione majorem convenientiam ostendisset, si infectio semper in individuis vel subjectis similibus ac antedictis, minus robustis, fuisset data; nunc in subjectis magis robustis, eamque ob causam cum majori reactione corporis, cum majori virium vitalium intentione comitata, depletio morbosa hic locum habere non potuit, saltem tam cito locum habere non potuit; Qualitas granulosa pulcher color violaceus sanguinis, hanc conditionem concomitabantur; quod haec conditio sanguinis post majorem et continuatam infectionem causae morbidae, non sicut in statu hypersthenico, etiam non veluti in iis quae ad fluorem catarrhalem dabantur, in subjectis quidem robustioribus, quod in sensim auctam incrassationem massae fluidae (sanguineae) sed in lentam extenuationem post temporis intervallum, imo in evanitionem sanguinis quantitatis, (dispositio chlorotica) quae evanitio in minus robustus subjectis tam cito detegi poterat, abiret. certe quidem tanquam peculiare quid, vel causae morbidae vel reactioni organismi proprium, contemplari debebat; Sine majoris

aestimatione unius alteriusve, debebimus tamen aestimare suam existentiam; et ut ejus peculiaris indoles cum apto nomine a nobis salutetur, fluoris catarrhalis disciminis ergo, nomen fluoris mucidi illi recusare haud poterimus.

Conditio exaltata partium fibroso membranacearum si certo sub un. dir. catarrhum pro fundamento habuerit, affectio morbosa partium mucosarum sub gent. dir. phlegmaciam tanquam sibi propriam profert; Inflammatio lymphatica universali directioni est propria, phlegmacia est propria directioni gentili; Inflammatio lymphatica cum continuo aucta insurrectione in magnam exaltotionem, in characterem exsudativum abit; Phlegmacia fluoris mucidi affinis, post moram diminutionem auctoritatis praebet, reactio partium hic fluidi ipsius decumbit, et influxus potentia systhematis nervei*) in partem affectam, rem suam putat; Sphaera quaedam circumscripta corporis tumet, genuine oedematosa est, dolet, interdum ab erysipelatosa inflammatione afficitur, et heac est *phlegmacia:* quod cum hoc morbo sive generali hoc est *fluor mucidus*, sive cum morbo locali, *phleg-*

*) Systhema nerveum cerebrale ad gent. dir. systhema nerveum symphaticum ad un. dir. morbos maxime praedominantur.

macia, forte toties quoties in morbo inflammatorio lymphatico, vel in illo morbo qui in hunc morbum inflammatorium lymphaticum vergit, quaedam dari catarrhalis diathesis quae est, quod cum fluore mucido inquam, aeque ac cum aliis morbositatibus, aestimatione medici perdignis, saepissime etiam sordes gastricae etc. se applicabunt, certe quidem peculiarem annotationem non indigebit; quod tamen comministratio mercurialium in nostro fluore mucido vel magis confinite in nostra phlegmacia frustranea et inepta reperietur, imo et quod affectio quaelibet localis vel etiam generalis tanquam sequelae nostri conservati fluoris catarrhalis sub gent. dir. tantum haec medicamenta per breve tempus et non magna quantitate admittant, si vis illorum erit salutaris, est veritas quae omnino recordari meretur. In nostro fluore mucido et phlegmacia antagonistae conditionis inflammatoriae lymphaticae, ineptitudo mercurialium minorem adhuc movebit admirationem, cum jam in fluore catarrhali gentilis directionis, qui fluor universalis directionis, conditionis illius inflammatoriae lymphaticae causa, a nobis habetur, quod inquam jam in fluore catarrhali simili gent. dir. ejusque in morbis localibus, *conditio sanguinis gelatinosa* uti antea dictum est, punctum signat, ubi

potentia mercurii dulicis in bonam partem terminatur.

Tanqaum indicationes generales in fluore mucido annotari possunt.

Imo. Lenis ac blandiens medendi ratio longissime stimulanti medendi rationi est praeeligenda.

IIdo. Medicamenta quae maxime fibram lignosam pro basi habent, omnino *vel in genere* salibus alcalibus sunt anteponenda. *)

Phlegmacia ut morbus localis considerata, characterem oedematis, inflammationis (erysipelas) et spasmi vel genuinae nerveae implicationis in se conjungens, a nobis saepius est medicata; in qua curatione experti sumus optime operantia medicamenta esse haec.

A. Fomentationes Schmuckerianae extenuatae. tepidae et continuo applicitae.

B. Quando conditio spasmodica excellebat, *linimentum* quod simul opii aliquid continebat ex. loc. linimentum volatile cum tinct. opii vinosa.

C. Quando autem phlegmacia nec gravem inflammationem (erysipelas) neque annotabilem

---

*) Praeter ea quae pneumonia mucida habet *chocolatam* etc influore mucido ut esculenta conducere possunt *hordeum decorticatum*, piscium fluviatilium carnes *Lucius*.

spasmum indicabat, nobis phlegmaciae resolvendae, nullum medicamentum tantopere satis fecit, quam valde diluta, solutio sulphatis zinci (vitriolum album) saepe cum sal. ammon. combinata; etiam fomentationes Schmuckerianae dilutae cum additione spir. vin., camphor. interdum utiles fuerunt; Si resolutio phlegmaciae exspectari non potuit aut non debuit, post applicationem calidam cataplasmatum maturantium vulgariorum prae reliquis ex farina lini *) et post partialem puris confecti evacuationem, illam secuti nos sumus curationem, quamque in genere in phlegmacia optimam sumus experti; et quae ad puogeniam in genere vel peculiarius in phlegmacia Erythematosa et suppuratione mammarum est annotata, A. Furore sanguisuctionis nos liberati mansimus, ad hoc suum contulerunt.

*) Emplastrorum in phlegmacia (illaesa etiam cute) usitabilium, optimum satisfacit Emplastrum diachylo cum Gummi.

N. B. Multa deducta passim quae in hoc § proveniunt non stricte titulo insignito convenire quisque medicus callet; locus tamen aptus est visus, quo optime pertractari et derivari haec potuerunt.

Phlegmacia lente et aegrius suppurans in subjectis debilibus Emplastri gummosi applicationem externam, cum usu interno corticis peruviani cum vino rubro interdum necessarie postulat.

I. Aegre posse ad vitam conservare hirudines.

II. Parca indigentia quam casus morborum praebebant, qui illarum appositionem necessariam redderent.

III. Effectus insufficientes quos plerumque post harum applicationem percepimus.

De usu hirudinum tam gentilis quam universalis directionis tamen sic habeo, Pompa si abit, vestimentum post se relinquet.

Observatio Chlorosis in Puero 10 *Annorum.*

Autumno anni 1828 hic Aeger a morbo autumnali corripitur, qui morbus cum signis labis gastricae compluribus cito quidem a febre intermittente tertiana comitatur; haec febris postquam aliquamdiu adfuit, in intermittentem quartanam mutatur; tali modo, ut post longiorem existentiam nonnunquam in pyrexiam tertianae reverteretur: In progressu huic febri adfuit exantheme scabiosum, per magnam partem cutis superficiei dispersum, se praesertim in capitis parte capillata ut favus cum signis tineae capitis consimilibus cognoscendum faciuns; Aeger non est structurae corporis firmioris, potius tenerae et debilioris compositionis est; Inde ab morbi initio Aeger omnem recusavit opem medicam, excepto; quod mense Januarii anni

1829 ad diem 19 sequens conditum usurpaverit.

R. Flor. sulph. lot. ℥iv
Pulv. cort. peruv. ℥j
Magnes albae ℨiij
Syrup. commun. ℥iv
m. f, conditum.

Tinea capitis. Hoc exanthema hodie frequens vel sanatur a R. Sapo alb. ℨij spir. vini vel gallici vel camphorati ℥ij aquae calc. ℔; d. s. aliquoties de die caput denudatum probe lavandum vel formula Dr. J. Burleigh opitulatur.

R. Hepar sulph. miner. recent. ℨiij
Sapon albi ℨiß Aquae calc: ℥vijß
Alcohol. ℨij m.

Praecipue ubi dispositio corporis justius animadvertitur, ita v. c. dispositio scrophulosa caet. in censum veniunt.

Etiam tota familia cujus noster Aeger est participans, laborabat exanthemate scabioso; quam ob rem et Aeger et reliqua domus unguentum ad scabiem juxta ph. Gron. praeparatum ad illiniendum habuerunt: Exanthema capitis nostri Aegri postea illinitum est butyro insulso recenti, et cum solutione saponacea est lavatum: morbus exanthematicus multum est emendatus, sine quod caput omnino ab exanthemate sit liberatum; etiam Aeger cum hoc exanthemate se melius habet, sine hoc

se habet aegrius, usui dicti conditi apyrexia status febrilis est subsecuta; at post non accurato definiendum temporis spatium febris est reversa, et permansit; usque adeo, ut mense martii continua et continua remittens vel quidem haemitritaea sit; licet dictae conditiones febriles forte in hac conjunctae postent detegi et recognosci, tamen vel sic febricitatio est lenis, sed conjunctae trahae spasticae et spasmus topicus variarum partium corporis, Aegro maximas pariunt difficultates; praesertim affectio spasmodica capitis inter exacerbationem febris tam momentosa est, ut delirium pro tempore sequatur: Pallor extremus totius habitus datur, maxima convenientia Aegri cum leuco Aethiope non recusari potest; Lingua praebet gastricam biliosam rheumaticam conditionem; Pulsus non gaudet peculiari qualitate, si ejus magis stimulata conditio signum febrile excipiatur.

Martii 27. *Praescribitur.*

I. R. Cort. cascarill ʒvj
Rad. rhei pulver. ʒij Ebulliant paulisper cum Aq. q. s. colat ℥viij
Colaturae adde
Spiritus Mindereri ℥ij
Rob. sambuc ℥j
m. d.
S. omni hora cochlear.

II. R. Pulv rad, Ipecacuanh. gr. xv
Flor. zinc gr. viij
Pulv. Lap. cancror. scr. ij
» cort. aurant ℨij
m. f. Pulv. no. XII.
d.

S. quater de die Pulv. recenti cum lacte commiscendus.

Et pro illinitione diversarum partium dolorosarum corporis, nominatim abdominis, linimentum volatile datur; abdomen enim cum suo dolore fortiter quidem est extensum.

Martii 31.

Propter magnam sensilitatem abdominis illinitio sua est dolorosa, hanc ob causam linimento volatili nunc ad quantitatem ℥ij additur tinct. opii vinos ℨiv, et cum hoc linimento abdomen et aliae partes dolentes ut antea quater de die illiniuntur, et accomodate cum panno laneo obteguntur.

Potio medica ut ante praeparata, in minorem colaturam decoquitur, ita ut nunc tota ejus quantitas in ℥viij reducatur, et nunc Martii 31 praescribitur sequens pulvis.

R. Flor. zinc gr. xvj
Pulv. rad. Ipecacuanh, ʒ β
» » valerianae ʒij
Sachar. flav. ʒiv
m. f. Pulv. d.
S. quater de die cochlearculum.

Ad visitationem Aegri die 30 Aegrimonia generalis notabiliter erat emendata, labes gastrica maxima pro parte evanuerat, statum verum febrilem (exacerbatio febrilis) Aeger non amplius in eo gradu experitur, et cum emendata actione cutis organi conditio rheumatica (catarrhalis)! multum est emendata; etiam dolores spastici nunc hic nunc illic se praebentes, diminuti sunt; Conditio dolorifica abdominis inter illinitionem et infricationem cum linimento volatili additione tincturae opii vinosae delenitionem experietur. Longius se cura nostra medica in hoc Aegro non extendit; num chlorosis sub gent- dir. post emendatam generalem corporis Aegritudinem, se salvare poterit, ut absque cortice peruviano et absque martialibus continuo in sanationem procedat tempus expedire debebit; comministrationem horum pharmacorum (cort. per. et Mart.) nimis celerem sub hac noviter recognita gentili directione desuadere vellem, aeque ac illam medendi rationem, quam ego in ante

memorata puella chlorotica 9 vel 10 annorum exhibui, quamque noxiam inveni. Aestimationem phaenomenorum morbosorum, dependentium proxime, et in combinatione angusta stantium cum fluore mucido, in *Loco primo.*

Et sequelarum aestimationem quas (sequelas) fluor mucidus jam effecit (conditionem exsanguem) *in Loco secundo.*

Si haec opem invocant, habeo rationem curae medicae optimam.

Verum o Homo! in sexu masculino chlorosis!?

Eodem modo quo nos directionem accipere debuimus, migratam a partibus solidis in fluidas, hoc sibi vult sese excerentem, in intimo connubio cum dictis partibus versantem, eodem modo experientia et qiudem hodierna cum hisce factis nobis dat illud luculenter conspiciendum; certe quidem causalitas chlorosis vel (vrijsterziekte) in hoc casu non ita potest accipi, ut phantasiae omnino satisdetur; sed quod plurimum valet, experientia medica comprobavit.

Anno 1829.

Julii 27.

Uxor aetatis suae annorum 50 affecta est a peripneumonia notha, haec a medela pec-

torali antiphlogistica medetur, intra 14 dies; non tamen prius, quam haec dicta cura a medela antigastrica e. c. cum decocto tamarindorum etc. alterata est; Post curae hujus 20 dies morbus gastricus recrudescit, ita ut vel laxantia valida vel emeticum (Tartarus emeticus cum Amylo) putatur esse comministranda: Vomitus difficilis et passio cholerica abhinc postulant, ut medicamenta laxantia dehinc a medicamine fragranti vel et antispasmodico sustententur; haec cura post 14 dies clauditur cum.

R. Mass, pil. Ruff. ʒvij

S. ter vel quater de die 5 pilulae.

Elapsis post haec 3 vel 4 septimanis femina praebet habitum corporis pallidum, lingua pituita clara scatet; appetitus est dejectus, incommoditas regionis ventriculi adest; Sedes est tarda.

Praescribitur.

I. R. Emplastrum melilothi ad praecordia.

II. R. HB cardui benedict ℥ij
Coq. s. q. Aquae colat. ℥xxiv
Sub finem coctionis adde
Rad. rhei sciss. ʒiv
cort. aurant. ʒij
Rob. ribesior ℥ij
m.

III. R. Flor. sal, ammon. mart. ʒiʒ
Pulv. cort. peruvian ʒiv
Carbon magnes
Pulv. rad. liquir. aa ʒj
m. f. Pulv. no. xxiv
d. s. 4 de die Pulv.

Post tres septimanas decoctum commutatur cum

R. HB. Chelidon major ℥j
» Cardui benedict ʒvj
Rad. rhei sciss. ʒiv
m. f. species.

Usus pulverum prolongatur. Dolor capitis tincturam camphorae acquirit. S. pro capillis irrorandis; et Aegra incipit referre cum maximopere emendata sanitate et meliori corporis habitu virium activitatem, illi minus assuetam.

CAPUT VIGESIMUM QUARTUM.

§ LXVIII.

RACHITIS ET ATROPHIA INFANTUM.

Rachitis plurimum se praebet, vel saltem vulgo primum observatur, tempore illo, quando infans decurret; illud haud minus saepe locum habet in patientulo atrophia laborante, non raro tamen atrophia serius cum attentione animadvertitur, vel saepe etiam seriorem originem agnoscit atrophia: Impotentia vero tractandi puerilia decenter ex. loc. ludendi, currendi, hilarandi in utrisque morbis aeque datur, ita ut inactivitas virium muscularium quae in ambobus morbis adest, saepe primum opem medicam invocet; Febris tanquam nulli amborum morborum propria considerari potest; Sine vi musculari amissa utrique morbo

communi contemplanda, rachitis ut sibi peculiariter propriam, spongiosam volumine adavctam extensionem praecipue extremitatum ossium longorum crassorum cavorum cognoscibilem reddit, ita ut illae spongiosae extensiones praesertim in vicinitate genuum, talorum et antibrachii eminenter visibilia sint; tamen non adeo confinite inficit rachitis magna ossa cava, ut etiam non alia corporis ossa harum extensionum participarent: Exempl. caus. genuina quaedam extensio morbosa ossium capitis, uti sunt os frontis et ossa jugalia, in hoc morbo potest physiognomiam conficere soli rachitidi propriam; et saepe re vera talem conficit: Prout extremitates illorum ossium cavorum extensione illa spongiosa provectant, similem in modum partes ossium medianae haud raro fiunt exiliores, vel non pergunt procedere ambitu cum extremitatibus suis; priori in casu absorbtio materiae osseae jam confectae negari non poterit; Inactivitas systhematis musculosi cum hoc morbo conjuncta, in tenellis saepe efficit, ut non ossa longa illa et cava ad illam incurvandi deformitatem perveniant, quales incurvationes et deformitates percipiuntur, in Aegris, qui vitae tempore paululum provectiori rachitide laborant, postquam activitas systhematis mus-

cularis jam aliquamdiu se activam praestitit et Aegri pro tempore jam (cursu) usum artuum (inferiorum) excercuerunt; In primo dictis Aegris vel in tenellis incurvantur prae reliquis ossa pelvis, praecipue ossa ischii; ob sessionem et procumbentiam perpetuas deformiter haec ossa incurvantur; In ultimis Aegris pluries dantur incurvationes notabiliores crurum et femorum, quae incurvationes experientia duce ab ope artis vel ope virium corporis naturalium inter adolescendem pro magna parte non raro emendantur, vel etiam sanantur.

Praeter perditam vim musculosam et rachitidi et atrophiae aeque communem, atrophia hoc habet proprium, quod haec nullam peculiarem morbosam affectionem ossium secum vehat, sed quod cum annotabilibus obstructionibus infarctibus incrassationibus indurationibus diversorum viscerum praecipue viscerum abdominalium praesertim hepatis ac lienis et in sequela? harum cum Infarctionibus systhematis lymphatici (vasorum absorbentium) et glandularum conglobatarum coeat, et quae his non raro insequuntur, a variis pectoris malis quod concomitetur.

Experientia et auctorum experimentis abunde satis comprobantibus, acidum primarum

viarum tanquam causa habetur in rachitide proxima curanda; licet nunc possibilis causa hujus vel causa acidi primarum viarum proxima non agnosci liceat, certe tamen novimus, acidum illud primarum viarum, perquam bonum a medicamentis absorbentibus antacidis uti sunt carbonas magnesiae, pulvis lapidum cancrorum *) amoveri: et novimus, quod tale medicamentum antacidum, sustentatum a medicamine roboranti quale est ferrum (chalybs) quod in tam intima et tam amica affinitate cum parte fibrosa sanguinis versatur, quod fibris muscularibus ventriculi robur conciliat, acidificationem hujus visceris debilitate promotam, hoc modo impedit, et reliquo musculoso systhemati vires amissas reddit, vel ipsas dat, qualis combinatio medicamenti antiacidi cum ferro est; optime tali scopo satisfaciat. Exempli causa combinatio pulverum lapidum cancrorum cum ferro pulverisato, haec combinatio nos enim novimus quod, mutatis mutandis additis addendis, non raro totam curam medicam in rachitide efficiat, et sufficiens haec quod reperiatur.

*). Väria salia neutra terrestria componendo quorum prior combinatio vel combinatio magnesiae cum acido (acido alvi spontaneo) alvi laxitatem, secunda combinatio cum pulv. lap. cancror. alvi adstrictiopem potius promovet.

In Infantibus adhuc lactantibus non raro evacuatio grumosa non digesti sed ab acido ventriculi vel primarum viarum coacti lactis obtinet, Indicium acidi superflui illud est. Praeterquam quod hoc signum in Rachitide non semper adest, ita et hoc indicium acidi superflui semper validum esse, non potest; calor enim quodvis lac coagulare facit, etiam sine acido, est itaque tantummodo in multis casibus indicium inactivitatis ventriculi; saepe est inticium alteratae qualitatis succi gastrici vel succi enterici, et haec qualitas alterata est sequela saepe Aegritudinis corporis universalis, saepe propriam suam curam exigentis. *) Acidum primarum viarum excitat strictiones dolorosas intestinorum, cum acidis eructationibus est comitatum et morbus non est acutus in rachitide; ultimum vel et penultimum hoc quidem, collata cum extensionibus extremitatum illarum ossium, vel et cum ossium deformitatibus comparata, non aliam

*). Causa rheumatica vel et indigestio in tenellis saepe salternatim vel dolores colicos cum alvo adstricta, vel vomitus coacti lactis, et sedes viridi colore tinctos dant conspiciendos, quorum causa postrema acidum abundans est; etiam hoc in rachitide non est perpetuum; sedes in rachitide saepe sunt cinerei bilis sanae defectumrquidem indicantes, mius saepe virides sunt.

causam quae arguunt, decisivum est; et solum acidum primarum viarum cum specifica illa debilitate musculorum est, quod nos volumus, ut causam proximam a medico in rachitide curandam: Acidum primarum viarum valdopere impedit digestionem ciborum, vel illam modo perverso, modo genuino alienato agere facit; Phaenomenis generalioribus hujus morbi vel phaenomenis quae veram rachitidem efficiunt non computatis, excitat, ut ante jam monitum est, acidum hoc strictiones topicas et trahas spasticas etiam partium ab abdominis cavo remotarum; topice, chemico vel mechanico modo stomachum et intestina vel potius illarum partium nervos stimulando.

Acidum primarum viarum abundante copia datum et per modo dictas qualitates sed praesertim propter suam genuino alteratam non sufficientem digestionem et chylificationem interea quae dantur, morbose afficit systhema sanguineum, et hoc modo febrem accendere potest, ad Dir. un. in statu morbi provecto; ad Gent. Dir. ut suspicari liceat in maturiori temporis periodo. *)

---

*). Illud quippe in genere Gent. Dir. proprium est, quod febrem quae lenta hectica duci debet si confecerit, ut dudum Protelationes ostendit, nunc aperto faciem hec-

Atrophia in infarctiones viscerum praecipue et priori in loco viscerum abdominalium hepatis et lienis. secundo in loco, in infarctiones glandulosas vel systhematis vasorum lymphaticorum obstructiones, tertio in infaritiones partium membranacearum, vel potius earum organorum penetrantium, causitans, cum morbi augmento non raro in degenerationes dictarum partium transit, ita ut hae partes non raro ex morbi indole quasi profluxum malum organicum adipiscantur; quod itaque principium hujus morbi jam indicet in affectionem partium et organorum quae chylificationem promovere debebunt, quod chylificatio ipsa jam ad initium morbi sit affecta, cum augmento vel cum permutata conditione illarum partium et organorum, illam chylificationem pro eodem modo aegrotare, quod corpori hinc ejus nutritio necessaria dematur, et hoc modo ad illum statum perveniat corpus infantile, qui vera atrophia est, admirationem non movebit; Affectio morbosa per se contemplata hic non terminatur, partes morbose patientes non tantum sunt partes activae chylificationis eam-

---

ticam cernitur assumsisse, ut postquam vires corporis magnopere sunt consumtae, quidem cum ingenti furore nunc denuo incipiat saevire ut eo citius in propriam suam perniciem vel in mortem irruat.

que obcausam meta destitutae sunt, sed et functiones proxime chylificationi adjacentes, quales sunt secretio muci in lubricandas partes operabunde quoque morbosae patiuntur exhalatio vaporosa, arteriolarum etiam turbatur, saepe quidem loco dictarum secretionum, certa *) cacochylia in primis viis accumulatur †) hincque morbositas continuo adhuc augetur; et quidem haec cacochylia primo in loco amoveri debet per medicamenta quae hanc cacochyliam sursum deorsumve amandare valebunt; si scilicet hoc tuto fieri possit: vulgo autem vel conditio partium aegrotarum, vel corporis constitutio; aegrorum hanc medelam non admittunt vel baec medela hanc cacochyliae amandationem perficere non potest; utpote quando cura medicinalis quae in atrophia in genere comprobabitur, illa est, quae hanc morbi causam emendare conatur; ablegatio tamen causae hujus morbosae fieri debebit, antequam de vere resolvendis permutatis in indurationem et degenerationem vergentibus

*). Sedium notae atrophicorum; sunt scybalae fuscae compactae cum intercedente humore deliquescente vald quam foetente.

†). Haec cacochylia atrophicorum rachiticorum acido ventriculi abundanti in multis opposita, amat medelam laxantem acidulam. (tartr. potass. acidul.)

organis ac partibus tuto cogitari potest, ut postquam ambabus indicationibus satis datum est, in fulciendas corporis vires, vel in rationem medendi roborantem, cum fructu possit transiri.

Ad causas occasionales quae atrophiam oriri faciunt, ut praecipuam et forte quidem ut plurimum datam causam, referri potest *usus ciborum pinguium*, sive qualitas lactis nimis pinguis vel matris vel nutricis huic fructae ciborum qualitati occasionem praebeat maorem sive obsonia nimis pinguia huic debeant; praeprimis haec nimia pinguitas saepe detegi potest in casibus in quibus mater vel nutrix lactantes vel sibimetipsis, vel infanti vel perse nimis dudum infantes papillis applicant, adeoque nimis diu lactantur; quando scilicet mater vel nutrix in hoc casu opimae fiunt, et infans lactans macrescit: *) Si extensio eminens viscerum abdominalium in infantibus morbo chronico cum notabili musculorum debilitate patientibus, est signum characteristicum atrophiae, certe iste morbus sub gentili directione extraordinariae modulationi submissus esse debet, et cum dilucida recognitione morbi hujus ma-

*). In pluribus bonae notae infantibus tale delictum propullulationibus eyanthematius, nutricum conspectu flaccido se non raro cognitum reddidit.

xima intertrigo cum rachitide vix evitari poterit. Primo dictum morbum vel atrophiam hodie curavimus in patientula 4 vel 5 annorum, cujus senior frater eodem morbo qui ante 9 vel 10 annos labovarit, tunc temporis cum bono successu a nobis curatus est.

In eadem domo tunc temporis senior adhuc patientula soror aegri putati nostri itidem atrophia aegrotabat, atque adeo debilitata erat illa patiens, et degenerationes quae in hac subjecta aderant, nobis sunt visae tam graves, ut in hoc casu activam curam medicinalem inhibere nos ausi non simus; patiens illa senior de qua nunc loquimur mortua est; In secundo patiente primum ratio medendi acriter resolvens et simul laxans, *) postea ratio medendi roborans per longum quidem tempus instituta est, et sanatio completa est facta notandum omnino est, quod in curatione hujus Aegri vel in curatione horum athropicorum primo ante 9 vel 10 annos facta, balnea frigida quotidie repetita cum quadam atrocitate sint mandata, quaeque et literatim sunt observata. Nostra ultima hodierna patientula hujus familiae curatorum secunda, non signabat

*). Ad Almam Dir. Morbi nostratium cum labe pituitosa et cumvermibus frequenter coeunt, talem curam pungentem saepe probe excusantes.

extensionem eminentem viscerum abdominalium debilitas virium musculosaram et debilis ac parvus pulsus fere omne morbosum fuit, quod cum impotentia abeundi jam nimis dudum et similiter ac in aegris duobus prioribus per quosdam annos protracta, detegi potuit; inappetentia ciborum tamen cum causa in cacochyliam primarum viarum concludendam facere vult; et quoniam haec si praesens, plerumque oppositum cum acido praedominanti in rachitide deprehenditur, itaque non medelam antiacidam requirit, sed si amotio hujus sine proprie dictis emeticis et purgantibus obtineri potest et debet, in corrigendam hanc cacochyliam acida vegetabilia opem adferunt bonam, sic casus atrophicorum hodierni haud parvam alterationem ostendunt; huic nostrae patientulae sequens pulvis est praescriptus in initio curae medicinalis scilicet.

R. Cremor. tartar. ʒij
Resin. cort. peruv. ʒi
Sachar. alb. ʒiv
Pulv. cort. aurant ʒj
m. f. pulv.

Quandoque et loco resin cort per, datum aegrae est residuum cort. per. rubr. pulverisand. maxime resinosum ad ʒiv sumtum. Inter horum pulverum usum conditio aegrotae

in genere emendatur, sensim tamen patientula majorem similitudinem cum habitu chlorotico referre incipit, quamobrem pulveri praescripto dehinc additum est.

R. Pulv. lap. cancr.
Ferr. pulveris aa ʒij
m. f. cum primo pulv.

Vel epidemia gentilis cui acre rheuma vulgo adhaeret comprobabit.

R. Tinct. ferri tart. ℥iv
» cort. per. ℥iv
m.

Dicto Aegro ante 9 vel 10 annos curato et in Aegris pluribus huic non absimilibus linimentum ex oleo laurino cum spir. sal. ammon. cum calce viva paratum pro illinitione ventris est datum, vel quidem putatus Aeger acquisivit in initio curae linimentum ex oleo laurino cui ung. mercurial. ad certam quantitatem additum est, in illo autem patiente tunc temporis aeque ac in sorore sua atrophica dicta quae sine exquisita cura medicinali obiit, extensiones abdominis maxime eminebant.

Similis fere patientula minor autem natu, quam qualis a nobis curata est hodie, cujusque cura est memorata, utitur madicamine sequenti.

R. Resinae cort. peruv. ʒj
Gummi aloes pulver. gr, xxx
Sachar. Albi ʒiv
m. f. Pulv. d.

S. quater de die pervum cochlearculum.

Hoc medicamentum jam optimam opem ostendit, etiam in hac patientula aeque ac in priori medicata, deficit extensio viscerum abdominalium; Habitus aegrae pallidus negari etiam non potest, et nisi morbus cum emendatae digestionis negotio omnino curatur, et si simul opis nostra ulterius invocatur, combinatio pulv. lapid. cancror. vel magnesiae cum limatura martis cum aromatico medicamine indicata erit; talequid hodie datur in atrophia, e contra hodie etiam patientulum sub cura nostra habemus, revera extensiones osteoso rachiticas praebentem; Vis musculosa valde debilis est, caeterum corporis Infantis habitus non est pallidus, potius est vigorosus; Lingua ostendit qualitatem biliosam alteratam; Infans est, famelicus potius deficientia quam abundantia acidi primarum viarum est computanda; haec hodie obtinent in rachitide, quid amplius quidem nunc inferri posset in directionem morborum omnino aliter modificatam?

Vellem haec, si nullae res valeren medicum physicum persuadere de veritate hujus, contemplatio horum morborum amborum sola sufficere deberet, ad illud efficiendum.

CAPUT VIGESIMUM QUINTUM.

---

§ LXIX.

HYSTERISMUS CATAMENIALIS.

Excepta graviditate mihi semper licuit data dir. un. quod systhematis nervei imperium tam in statu sano quam in morbis, cujus sphaera genitalis competunt, praeprimis systhemati symphatico sit dicandum: quando nunc uti ad dir. gent. obtinet, directorium utriusque systhematis nervosi dislocatum est, quando systhema nerveum cerebrale systhematis symphatici vice fungitur, in affectionibus morbificis sphaerae genitalis phaenomena aliena necessario dabuntur, utpote cui sphaerae, loco systhematis symphatici, systhema cerebrale praesidet; quod ultimum systhema, uti in omnibus fere morbis, qui ad gent. dir. dantur, fit,

tantopere continentiam quod amat, quod strictam vel torpidam conditionem morbis (localibus) conciliare consuescit, qualis epidemica morborum stricta conditio in pectoris morbis, in rheumatismis abunde satis conspicitur, Individua quae quod corporis sui constitutionem sunt robusta vel saltem succulentiora, quae in puellis ruri degentibus et vita rurali fructis saepius offenditur constitutio corporis; constitutio epidemica quae majorem humorum consistentiam habet, quae causam rheumaticam in quovis fere casu intimius cum humoribus cohaerentem monstrat, et quae alterationem bilis cum sua qualitate humorum cohaesiva conjunctam facile indigitat, vel synochus rheumatico inflammatorius cum conditione nervea, sphaerae genitali alioquin aliena, facile efficit, ut molimina mensium, ut catameniorum fluxus in puellis nostris ruralibus ad virginitatem perventis, retineantur, non solum; verum etiam proprio suo modo modificatum morbum sistant; quando nimirum et naturae corporeae opera cum tali causa morbosa, et cum conditione illa nervorum torpidiori, in sphaera genitali quae datur, coeunt, tunc systhema symphaticum cui via occluditur, naturalem suam aulae dimissionem perficere amplius non potest; compinguntur et causa morbifica et aula in hoc

systhemate; tenditur et tensum tenetur hoc systh. nervor. symph. systhema hoc sensilius fit, haec sensilitas, morbosa erethismus orgasmus est; Hic vel illic praecipue ad collum, datur (globus hystericus), vel dantur noduli spasmodici; qui vero, a vulgaribus u. d. nodulis hystericis *) in eo diversi sunt, quod fixi minus vagi sunt, sed cum statu febrili, vel exacerbantur intensitate, vel remittuntur; Habemus nos itaque m orbum, qui est synochus rheumatico inflammatorius, conjunctus cum hysterica maxime sensïli conditione nervorum symphaticorum, qui conatus morbosi uti in illo casu dantur, conditionem torpidiorem sphaerae genitalis sublevare, et naturae organicae vitalis operibus, sistendo fluxui catameniorum, occurrere aemulatur.

Talis conditio morbosa qualem descripsimus nos breviter, obtinuit in puella rustica; in hac aegra tensio et passio systhematis symphatici *ad collum* tam graves fuerunt, ut strangulari Aegra quandoque videatur; hoc symtoma quamvis semper praesens, cum exacerbatione vel remissione febris nunc augetur, nunc iterum diminuitur; strangulatio illa intensitate sensim aucta, ad febris fastigium delirium

*). Passio hysterica ut morbus sni generis, ad gent. dir. non raro in vetulis observatur.

fugax habet sibi conjunctum; post quemlibet delirii accessum carebaria continua quae adest, augetur; remittentibus his, diminuitur carebaria; sedes tarda vel quidem alvus adstricta est.

Curatio.

In multis casibus hujus morbi similibus qui dabuntur, *venaesectio* curae medicae anteire licet magno cum emolumento poterit, in nostra putata Aegra ad curae internae initium, non praecessit; sed dantur.

1. R. Laud. liquid sydenham
Aether nitr. alcoh. aa ʒij
m. d.
S. Ter de die gutt 30.

2. R. flor. chamom.
» sambuc aa mij
rad. liquir ʒj
m. f. species. Pro Thea.
Nota. Aegra ter de die utitur pediluvio calido.

3. R, Nitr. puri
Pulv. Boracis
» rhei aa 3i3
Rob. sambuci ℥ij
Infus flor. chamom. ℔ j m.
D. S. omni Bihorio semivasculum.

Post aliquos dies Aegra in sanitatem restituitur.

In casu hujus multum consimili, pro formula no. 3. Sequens formula in combinatione cum formulis prioribus, cum fructu usurpata est; utpote quando morbus cum majoribus nervorum symtomatibus fuit conjunctus.

R, Nitr, potassae ℈ij
Acet. vin. ℥iv
Sach. alb. ʒiv
Aq. coctae ℔j
m.

Sive tali aut simili cura medicinali, mensium fluxus in actum pervenit, aut non; emmenagogis medicamentis certe suus exhibendi locus hic non datur. Medicina autem, quae promovendo ipsi fluxui activam se praestandam esse sibi insinuabit, tam cucurbitarum cruentarum femorum appositio, quam medicaminum formula sedativa, qualis v. c. connubium tartrit. potass, acidul. cum Bora sod. alcalin. est, cum fructu quidem saepe tentabitur.

§ LXX.

EXANTHEMA UVEARIUM.

Morbum admirabilem vel potius malum topicum observavimus in robusta adulta rustici

famula; In hac juvena defectus mensium simul adest, absque quod haec mensium deficientia suas speciales Aegrimonias seorsim patefecerit; Illud malum topicum cum aliquibus signis, ulceris nomae in ore, similibus (duplex malum topicum in ore adest, unum est exanthema uvearium quod nostrum, alterum ulcus noma) structuram et qualitatem admirabilem ostendebat; maximam similitudinem cum Racemo uvarum pastarum siccatarum, vel cum corynthiarum racemo praebens (Exanthema uvearium): hoc exanthema vel haec efflorescentia post brevem temporis intercepedinem bis se repetivit; Prima vice in oris cavo adfuit; secunda vice in duobus digitis manus; Tubi ad longitudinem pollicis et minoris longitudinis ex malo vel mali fundo topice eveniunt et in ramos abeunt; tubi illi et tubuli sunt dolorosi, praesertim attactu dolorifici sunt; ex his tubis et tubulis accidit saepe haemorrhagia, interdum fere non cohibenda; Venaesectiones iteratae, usus nitri depurati, boracis et crem tartari ut et acidorum mineralium (acidi sulphur. diluti) medicamenta et negotia fuerunt praecipua, quae illi Aegrae interne sunt comministrata.

Exanthema (uvearium) in oris cavitate praesens a turundo cum acidis mineralibus; cum alumine, vel solo, vel cum albumine ov

subacto, vel cum alcohole imbuto tantummodo leviter comprimi potuit; hoc exanthema uvearium in oris cavo etiam non tantopere objectum est haemorrhagiis, quam exanthema uvearium quod est in digitis; circum hoc ultimum malum vel digitorum obligatio, chirurgica fortius debet adstringi, si cum fructu haemorrhagiae obviam ibitur: Cum vero applicatio remediorum in malum praegressum vel in oris cavitate quod adfuit, etiam exanthema uvearium, quod fuit, in malo vel in exanthemate uveario digitorum haud sufficiens duceretur; *Convolumenta*, postquam charpia vel turundus digitos circumdans, tinctus est in pulvere aluminis, cum melle rosarum dehinc combuendus, convolumenta (Ajo) humectata sunt cum sequenti solutione.

R. Sulph. cupri
Sal. ammon. aa ʒiv
Spir. vini
Acet. » aa ℥ij
Aquae pluv ℥iv
m. f. fomentum.

Ut hoc modo aliquamdiu proceditum est, topicum malum (exanthema uvearium) est sanatum; Verum esse potest; Non apparentiam mensium quidem validissimam causam occasionalem in combinatione cum inclinatione

fluidorum in scorbuti speciem vel in ulcus noma fuisse, ad hanc morbosam efflorescentiam conficiendam; hanc vero efflorescentiam officio functam esse essentialium mensium vel vicem gessisse menstruorum naturalium, et quod in hoc malo cogitandum fuisset de mensibus aberratis, haudquaquam in omni puncto cum veritate convenire videtur; Haemorrhagia valdequam indefinita fuit quod ejus apparentiam spectat, si praecautio debita negligentius erat sumta, haec haemorrhagia in omni tempore exspectari potuit, et frequenter dabatur; Bene potuit detegi, si neque venaesectionibus neque medicamentis refrigarantibus vel et diaeta parciori plethora naturalis diminueretur ita ut congestio sanguinea minor fieret, haemorrhagia saepius se quod praebuerit, et difficilior refrenatu quod fuerit: asserere audeo certa plethora quae Aegrae post generalem illam morbosam epidemicam constitutionem vel anni 1826 quod notandum remansit, (etiam hanc scilicet Aegra nostra fuit passa, sed tantum perbreve tempus) in hoc casu aliquamdiu post emendatam aegritudinem Aegrotae, generalem, nulla ope medica tunc temporis fructae, ut repetem certa plethora erit data; haec ple thora non in fluxum menstrualem verum abiit, sed occasionem huic malo praebuerit; quinimo

ut in hoc malo externo digitorum saepissime et valdopere sanguinem fuso, verus mensium fluxus recognosceretur, et putandum quidem esset in fluxum mensium ad locum aberratum, et in fluxum mensium ad tempora valde in definita, et in fluxum mensium nimis copiosum: Etiam sine vera signa causae et effectus tam efflorescentiae illius quam haemorrhagiarum nobis explicare quod valeamus, haec efflorescentia uvearia annotatione quidem digna manebit.

§ LXXI.

SPASMUS VIRGINUM.

Epidemica constitutio cui sanguinis status in genere stabilis, cui tarditas circulationis humorum est; Directio gentilis in qua vis nervosa praeternaturalis vel illa in stimulum morbificum reagens vis vel directio nervorum, naturalem suam sedem reliquit, et aliam vel sibi oppositam sedem occupavit, hae duae proprietates physicae comparatae cum habitudine naturali functionis genitalium, praecipue feminae, quae cum prioribus dictis conditionibus, quibus hodie fruitur corpus femininum, quaeque habitudo luculentius etiam nunc

temporis conspici potest, quam cum vulgarioribus conditionibus obtinet, quamque habitudinem nos ad functiones vicarias vel modo passivas modo activas retulimus; haec omnia (volo) etiam dicto nostro morbo suam peculiarem indolem imprimere non recusaverunt: Conditio morbosa hujus sphaerae hodierna, vel conditio partium cum hac functione genitali intimiorem nexum habens, in eo imitatur habitudinem femininorum genitalium naturalem in nostro casu morbose affectam, in eo, quod scilicet modo passivam, modo activam habitudinem sistatur; et quod causae validiores (apta cura medica) requirantur, (quae causae validiores in statu sano quae dantur, graviditas, partus et lactatio sunt) requirantur, ad bunc cursum perturbandum; In genere annotari potest quod, data spasmo virginum, symtomata se praebitura, in principio validiora, in statu provecto minus valida, in initio morbi magis activa in progressu segnia et parum potentiae quod sint; Spasmi virginum denominatio nonnullis minus exquisita videbitur, materialitas morbi cum vix aut nulla datur; uno verbo ut dicamus, significabit deficientiam vel potius retentionem fluxus mensium sub directione gentili. In genere quamvis verum sit, dato dicto morbo quod organum gastricum (tractus intestinorum)

sit locus dispositus, qui plurimas morbositates patitur, quae morbositates organi illius gastrici vel et organorum variorum gastricorum ad inceptum spasmi virginum acutioris, in progressu lentioris generis sunt; et quamvis simul verum sit, quod secundo in loco massa corporis fluida hodie principatum omnium fere functionum etiam praeternaturalium (reactionis) tenens, sensim ac pedetentim, nonnunquam quidem sine multis corporis perturbationibus minitantibus, quod (inquam) haec massa fluida sensim et per gradus ita mutetur, ut status hecticus ab omni tandem parte sistatur; ut hydrops, status cachecticus vel scorbutus chronicus cum ulceribus localibus scorbuticis accedant; (ulcera haec crurum hiantia unguentum compositum rubrum clarissimi camperi melius ferunt). Sic et illa tarditas phoenomenorum morbosorum hodie spasmum virginum comitari quae solet, praeprimis erit adscribenda actioni systhematis nervei sphaerae genitali in casibus universae directionis alienae; olim enim a symphatico systhemate ipso ejusque efflnviis quae modificabatur sphaerae genitalis reactio, in statu morboso validissima quandoque phaenomena morbosa monstrans (spasmus virginum sub universali directione), nunc si ab eodem systhemate *Praesidente,* influxu nerveo qualitatis

cerebralis imbuetur, (spasmus virginum sub directione gentili. Vel infectio constitutionis epidemicae generalis vulgarissime post infectionem morbificam imprimis cladis illius anni 1826 vel directio gentilis puellas, ad virginitatem perventas, hac Aegrimonia afficit et affecit, uel et causa morbosa generalis fluxum menstrualem quidem ex sua indole etiam in vere menstruantibus parcum, omnino retinet ac supprimit; utpote quae functio genitalium femininorum in hoc casu subigitur, et non raro diutissime (per annos) cohibetur: Potentiam nerveam in hoc morbo (spasmo virginum) aestimare tanquam hujus morbi praecipuam directricem, tam sub universali quam sub gentili directione morborum, et praecipuam momentositatem hujus fluxus naturalis non adeo consistere in *Producto* vel in sanguinis evacuatione ipsa, partim docuerunt graviditates sine sensibiliter praegressa menstruatione factae partim curatio nostri morbi (spasmi virginum sub gentili directione). Peculiaritates hae physiologico pathologicae momenta pluria amplius patefacient; quae quoniam momenta sub directione gentili explicabiliora redduntur, nequaquam hodie negligenda conseantur; Reactio morbosa cuivis organo propria cum datur, sic illa reactio quae genitalibus competit

alibi ad gentilem directionem suas vires excercere videtur, ita primo gastricum organum ante omnia afficere videtur, morbi formam si praebebit; deinde systhema uropoijeticum prae ceteris in spasmo virginum laeditur, et ut intermedium quandoque systhema portarum haec afficit; quae ratio morbose afficiendi omnino cum sua actione naturali (quam ante memoravimus, licet nunc alterata et dislocata congruere videtur: spasmus virginum praeter deficientiam haemorrhagiae naturalis et etiam praeter electricitatis animalis defulgurationis deficientiam, quae forte plurimum valet ad menstruationis actum; ut signum characteristicum sibi ad gentilem directionem proprium habet *Plenus Venter*: tumefactio quaedam ventris quae omni menstruationis periodo propriaest, defulguratione et haemorrhagia naturali menstruorum non fientibus, haec tumefactio non amittitur, verum persistit; et quamdiu vires menstruationis haud desunt, sed solummodo aberratio obtinet, cum quavis periodo repetita sed frustanea, scilicet sine defulguratione et sine sanguinis evacuatione, haec ventris plenitudo augetur, eatenus ut vires corporis mensibus dicatae labefactatae cum periodo tandem coeant et sic haec periodus naturalis amittatur. Haec ventris plenitudo quae nonnunquam

magnum expansionis gradum acquirit, nonnunquam autem minus volumen opplet, pro majori minorive morbi duratione vel pro corporis habitudine varians, confundi posset.

I. Cum principio lactico morbose stimulato, a quo facile autem distinguitur.

A. In spasmo virginum venter est elasticus; sensus plenitudinis Aegra quem adspectu ventris tumide videtur percipere, cum vera ventris expansione in spasmo virginum, deficit.

E contra cum ventris illa conspicua constrictione quae in principio lactico morbose stimulato recenti obtinet, flatuositatis sensum Aegri multum habent.

Plenitudo abdominalis in spasmo virginum adspectui et tactui ventris se commode observandam praebet, quae non ita in lactico, ubi adspectus et attactus ventris constrictionem et diminutionem voluminis abdominis dant percipiendas: In lactici stimulati casu cum ventris constrictione sensibili coeunte, Aegri de flatuositatis sensu queruntur.

Virgines vel feminae spasmo virginum laborantes, etiam cum magna abdominis expansione, sensum flatuositatis vix vel nequaquam habent, veluti jam monuimus.

In spasmo virginum deficit mensium fluxus,

qui in Aegra lactico stimulato, aegrotante adesse vel adfuisse vel *persistere* potest.

In spasmo virginum molimina mensium genuina id est quae in sphaera genitali dabuntur, desunt; et uti vidimus, si vires haud desunt, periodus illa flectitur aliorsum.

B. Ventris illa plenitudo spasmo virginum propria confundi posset.

II. Cum graviditate et variis etiam (sphaerae genitalis) morbis; ita v. gr. cum hydrope (uteri).

a, Confundi posset spasmus virginum cum *Hydrope Ascitide*.

Conditio corporis aegrotantis et causarum morbificarum infectio fere similes sub dir. morborum gent. in utroque morbo cum non raro dantur, has morborum amborum conditiones bene distinguere maximopere opus est.

1, In spasmo virginum venter cum sua expansione elasticus est, omnem similitudinem cum vesica urinaria lotio depleta et aere non nimis expansa attactu praebens; cum in ascitide venter ad attactum potius est pulposus, et manipulatio ventris secundum artis regulas rectius instituta, fluctuositatem dat observandam.

Plenitudo ventris spasmo virginum propria confundi potest.

b. Cum Hydrope uteri et cum graviditate.

II. Spasmus virginum differt in eo ab hydrope uteri, quod nullam laesionem mechanicam tanquam suam causam praedisponentem agnoscit; quae laesio mechanica partium patientium in hydrope uteri saepe ut causa praedisponens haberi potest; Elasticitas quam venter in spasmo virginum tam lubenter tamque aperto et facile attactui digitorum praebet, aeque in hydrope uteri ac in ascitide deficit; qui prior dictus morbus, hydrops uteri, se potius absionditur, et attactu ventris difficilior adhuc recognoscitur, qui ascites; commoditatem vero quamdam praebet hydrops uteri investigatori in eo, quod locum occupavit partem nobilem genitalium femininorum praestantem; adeoque, quod ejus existentia vel deficientia morbi, ope explorationis obstetriciae delucide definiri possit.

Spasmus virginum confundi potest cum graviditate.

III. Primum signum quo spasmus virginum adesse habetur, est deficientia mensium; idem illud in graviditate obtinet.

Plenitudo autem ventris utrique conditioni propria, et priva magnopere differt: Elasticitas abdominis, spasmo virginum peculiaris, in graviditate deficit. In graviditate praeterquam quod adscensio uteri gravidi e pelvi inferiori, certas lineas sequatur, attactus ventris externi bulbo-

32

sitates (partes varias foetus) (vel placentae) hic et illic saepenumero offenditur; Si haec omnia medicum non convincire possunt, exploratio obstetricia adminiculum praebet, quod rem haesitantem extra dubium ponere solet.

c. Confundi potest plenitudo ventris cum hydrope uteri.

In spasmo virginum exploratio obstetricia uterum reperitur vacuum, nullam mutationem ostium uteri (os tincae) subiit in hoc morbo; In hydrope uteri uterus plus minusve oppletus invenitur, orificium uteri magis minusve apertum, aperturam saepe rotundam simulat; Digitus explorans vel manus explorans in graviditate varias mutationes oris tincae detegitur, pro tempore et statu graviditatis variantes; in hydrope uteri temperatura partium exploratarum diminuta sentitur, in graviditate aucta, in spasmo virginum immutata. Uterus exploratione obstetricia manuali tactus, ope experimenti cujusdam momentosi Boudelocquio celebri Parisiorum obstetricatori *Ballottement* dicti, uti nos notavimus in spasmo virginum vacuus volumine non auctus, in hydrope uteri, volumine auctus et humore lymphatico seroso oppletus sentitur, in graviditate adscensionem et decidentiam foetus humani ope dicti experimenti digiti experiuntur:

Quod ad Nostrum Morbum.

Tarditas *) phaenomenorum morbosorum plerumque spasmum virginum comitans, rarius confestim curam medicam in se applicare exigit; etiam data phaenomena morbosa illam tarditatem apperitionis et eventus comitantur; eo magis tarda sunt illa phaenomena, quo remotiora ab inceptu morbi apparent: praeterquam quod constitutionis epidemicae phaenomena haec participia sunt et similem quae talem medelam postulant, majorem tamen ostendunt affinitatem cum variis labis gastricae speciebus: quae labes gastrica primam vulgo et permanentem plerumque attentionem exigit; ita ut cum omnibus variantibus morbositatum speciebus quae in spasmo virginum dantur, simul antigastrica medicamenta cum quovis fere curandi modo requirantur, sive evacuandi sive corrigendi, sive roborandi scopo exhibeantur. Huic statui gastrico momentositatis in gradu sequitur status spasticus; hic vero status spasmodicus majorem attentionem meretur,

---

*). Inter sequelas morbi quae spasmo virginum tam U. D. quam G. D. competunt, *Panaritium* vel et *digitorum spina ventosa* reliquorum non raro primum offenditur.
Spina ventosa (acidum phosphoricum).
Ossium caries (assa foetida).

quo magis morbi initio est proximus; quo remotior ab hoc, eo minor antispasmodicorum remediorum utilitas: tamen cum aliis medicaminibus, diversis cum indicationibus inhibitis, quandoque debebunt combinari; postea vel morbus provectiori tempore ubi tractatur, etiam simul cum prioribus medendi scopis; illa medendi ratio locum habebit, quae vires corporis conservat diaeta et medicaminibus probe accommodatis, vel quae statum hecticum vel arcere vel emendare vult: Medicamenta et alia utilia quibus in spasmo virginum cum fructu sumus usi, hoc fere ordine sibi sequuntur.

I.

Venae sectio, Boras sod. alcal.
Nitras potassae. Tartr. potasjacid.
Carbonas Magnesiae. *Folia Sennae.*
Sal, Polychrest. *Rad. Rhei.*
Sulphas sodae. Extract Tarax.
Sulph. Magnesiae. Extr. gramin.

II.

Flores Zinci.
Pediluvia calida. *Flor. chamonill.*
Acetitis Ammoniae.
Aether nitr. alcohol. *Rad. Valerian.*
E, Narcoticis *Belladonna.* Ex Antispasmodicis medicaminibus. *Castoreum.*

in spasmo virginum prae caeteris prodesse inveniuntur.

III.

Elixir acidum Haller.

Gummi Myrrhae. Extr. cent. min.

Gumni Aloes. Extr. chamoemil.

» Crocus. *Pilulae Ruffii.*

IV.

In statu morbi laxiori et pituitoso.

Gummi Galbani. *Scilla*

Gummi Ammon. Aloe.

Gummi Assae foetid. Sapo albus.

Pulvis rad. calam aromat.

Pulvis radicis gentianae.

V.

Baccae lauri pulverisatae.

» Juniper *Pulv. fabar Pechurim.*

Oleum Juniper.

Oleum Therebinth.

Oleum Sabinae.

Pharmaca quaedam, qualia verb. grat. sunt herba millefolii HB. Rutae, HB. Matricariae; HB. Agrimoniae etc, quae forte multum etiam poterunt in spasmo virginum dir. gent. a nobis non tentata sunt.

Perinde ac continuo fere medicamenta laxantia vel purgantia in hoc morbo compro-

bantur, ita quoque in quovis morbi stadio emeticum exigi poterit.

Medicamenta haec veluti ordine sunt nuncupata, sapienter comministrata; et sustentata ab externa ventris illinitione ope ex. causa.

I. Linimenti volatilis vel olei Laurini II olei Petrae, olei Succini, vel solutionis spirituosae balsami peruviani, permultum in spasmo virginum efficiunt: et quoque III suffumigatio abdominis, ope adustarum mastiches et thuris' et lenis frictio abdominis cum pannis laneis fumo harum substantiarum resinosarum adurendarum imbutis, omnimode in hoc morbo comprobanda erit; Haec scilicet medicamenta interna nuncupata, sustentata a cura illa externa modo dicta, et quae nonnunquam a punctione abdominis ope verb. grat. troicarti, concomitari posset, curam medicinalem in spasmo virginum quodammodo completam faciunt: quod nempe ad morbum sui generis;

Ultimo nuncupata vel ordine remotiora; medicamenta quae intensiori sua vi solummode tanquam *genuina Emmenagoga* duci possunt, maxime prosunt; verum tarditas phaenomenorum quae in provecto spasmo virginum obtinet, illa medicamenta emmenagoga profutura, magna quantitate vel magna intensitate exigit, si cum causa in effectum illorum

bonum sperare licet; Etiam aloe quae in graviditate (experientia duce) jure merito suspecta habetur propter vim suam abortivam, videtur illam abortivam vim sub gentili directione pro parte amisisse; sit illud pro nota:

Quod vero per dictam curam medicinalem restituetur mensium fluxus, nequaquam cogitari debet; Scopus medici sit solus recuperare Aegrae sanitatem; haec obtineri potest bona illorum medicamentorum administratione, haud quaquam vero mensium fluxus.

Quod ad vim intensivam medicamentorum spectat.

Sic oleum sabinae saltem quotidie exhibitum ad unam guttulam, imo ad duas guttas de die propinatum, et cum accommodatis remediis junctum, in statu etiam cachectico quidem sanitatem, minime autem mensium fluxum movit; idem fere dicendum de ratione medelae quae nunc sequitur.

Quod ad organorum quorumdam patientium conditionem attinet specialem.

Ita defectus mensium praesertim cum spasmis vagis se excerens, et plurimum tandem organa uropoijetica infestans. Pulvere est sanatus, qui cum aliis accomodatis remediis

v. g. pulv. baccarum lauri crem. tartar, magnesia etc. maxime, gravatus erat cum oleo therebinthinae; huic oloe maxima pro parte sanatio Aegrotae in hoc casu debuit adscribi; hoc oleum etiam organa uropoijetica non laesit.

Potest itaque sanitas exspectari medelae subsecutura; at non fluxus mensium huic medelae subsecuturus exspectari potest; illud sibi vult, mensium fluxus statim sequi non potest; Pessime ergo medicus ageret, qui cum cura sua procedendo, fluxum pellere vellet, si illa deficientia mensium post curam peractam tanquam gravamen artis multum haberi potest, haud minus gravamen arti exspectatur *Plenitudo abdominalis*, etiam post curam factam relicta; praeterquam quod explosio hujus durante cura spasmi virginum facta, ope verbi gratia troicarti curam medicam forte haud paululum sublevaret, accedit, quod medicus alterum istud gravamen artis apto tempore e medio tulerit: et quamvis necessitudo hujus explosionis non adeo videatur existere, quippe quae simili modo pedetentim imminuitur, (sanitate Aegrarum recuperata) quo morbo facto procedit, haec tamen punctura abdominis in multis quidem casibus comprobabilis erit; sed si sufficit arti recuperare sanitatem et non mensium fluxum, quare non eligendus simplicior curandi modus?

quare non post repurgatas primas vias, post emendatam organorum gastricorum Aegritudinem, cortex peruvianus vel illius surrogata inhibebuntur? Hic cortex rare in spasmo virginum proficuus est, nisi forte exhiberetur in statu morbi provecto, vires conservandi gratia scilicet; in genere cortex peruvianus in spasmo virginum non proficuus est; praesertim non, si haud comitatur ab emmenagogis medicaminibus, vel a medicamentis quae aliquid valent in sphaeram uterinam. Morbus hic (spasmus virginum) licet aberratus, quod sphaerae genitalis actionem naturalem spectat, exigit sua medicamenta specifica, eodem modo, quo nos vidimus labem verminosam apparentem specifica antihelmyntica sua exigisse; Ultimum hoc vel usum emmenagogorum medicamentorum praesertim in statum morbi provectiorem conspicuturum, in aperto est; tamen etiam in anterioribus morbi (spasmi virginum) stadiis, combinatio boracis cum cremore tartari, quae combinatio semper quid specifici in morboso mensium fluxu possidet, proficua prae caeteris est reperta; imo difficultatem asthmaticam cum menstruatione suppressa coeuntem, sanavit haec remediorum amborum combinatio. — Sic quoque boras sodae alcalinus in morbis gent. dir. qui tantum cum maxima sagacitate a laesae

sphaera uterina derivari possunt, cum aliis accommodatis medicamentis conjunctus, eximiae utilitatis non raro deprehenditur. Illud autem praecipue respicit in graviditatis puerperii et lactationis morbos *): confusio nostri morbi vel spasmi virginum cum tympanitide primo intuito quae momentosa duci posset, profecto tam diagnosi quam curationi vilioris pretii est: utpote, ni evacuatio sanguinis menstrualis diagnosin morbi postremi quandoque certam redderet, *curatio* ipsius morbi vel tympanitidis cum spasmo virginum forte fortuna congruentium, *similaris*, justo more et tutius haberi poterit.

Quod porro ad usum medicamentorum in genere spectat.

Martialia rarius in spasmo virginum gentilis directionis prosunt, nisi in hoc morbo probabiliter chlorotici quid daretur; Etiam usus generalior antimonialium, vix ullus est in hoc morbo.

Morbus intermedius organorum infimi ventris peculiaris, sed cum spasmo virginum

*). Paidoiatros si serius cuperet tam corporis gravídae quam vitae ac puerilis infantiae, aeque puerperii dispositionum et curae medicinalis infantum maximam convenientiam detegere posset.

maxime affinis, est spasmus inflammatorius quem systhemati portarum adscribemus, hic morbus etiam in graviditate qui observatur, saepe in hoc casu cum aliqua febricitatione conjunctus qui est vel partum praematurum vel liquoris chorii, amnii? effusionem efficit; qui in puerperio forte lochia saepe cohibet, et horum abnormalitati addicandas morbositates saepenumero producit; hic tandem nisi solvatur, ad spasmum virginum praedisponit. — Morbi hujus vel duplex vel triplex divisio est.

A. Hic spasmus uteri gravidi partialis magis reformidandus in casu, in quo placenta anteriorem uteri partem, vel collum uteri occupavit; utpote quando a gravi haemorrhagia frequenter comitatur, sequentes plerumque habet exitus.

I. Cura medicinalis idonea comministratione medelae *antifebrilis* (*Nitrum*) antispasmodicae, tollit spasmum, quae spasmi amotio tempore apto facta, salvare potest omne incolume. — Amat certe spasmus uteri laudanum liquidum sydenhami vel.

R. Laud. liquid. sydenh.
Spir, nitr. dulc. aa

Quod medicamentum cum usu theaeformi florum chamomillae et cum pediluvio calido aptissime combinatur.

II. Constrictione sua vel chorii vel et amnu? liquorem expulsit hicce uterii spasmus; vel in hoc casu spasmus ille (utero quodemmodo onere suo exonusto) sponte quasi sua solvitur; vel a medela medica tollitur, vel non solutis quandoque in puerperio varias praecipue lochiorum perturbationes forte excitabit; vel etiam morbo puerperali, taliter qualiter nimirum D. G. hic morbus vel haec febris puerperalis proprius et genuinus est favet, vel uti jam diximus, deinde spasmo virginum ansam dat insignem.

III. Qui cum haemorrhagia uteri est combinatia spasmus uteri partialis, amat formulam medicamentorum swietenianam, ad caput de haemorrhagia uteri notatam.

B. Altera hujus spasmi portarum divisio est, quae cum ipso malo haemorrhoidali concurrit; haemorrhoides coecae plerumque inveniuntur; cum aliqua generali febricitatione quae saepe, cum inflammatoria conditione topica quae semper combinatae adsunt; alvus stipata fere continuo adest; combinata medicamentorum formula, qualis sequens electuarium est, hanc morbi conditionem vulgo amovere potuit.

R. Nitrat. Potassae
Pulv. fol. sennae aa ℨiv
Flor. sulph. lot. ℨvj
Cremor. tartar. ℥iß
Syrup. commun. q. s. m. d.
S. omni bihorio duo cochlearcula.

Qui tantummodo in majori et conditione spastico inflammatoria haemorrhoidum a fomentatione refrigerante resolventi, vel ab unguento opiato externe sustentatur medicamenti usus, minus adhuc saepe narcotici medicaminis (extr. hyoscyami) comministratio interna requiritur.

Externe etiam ung. alb. camph. utile esse potest.

C. Duo illi dicti modi quo spasmus portarum se divisit; in feminis sunt observati; Tertia divisio hujus spasmi portarum quae nunc sequitur, in viro observata, a prioribus omnino distincta est animadversa; In feminis organa haemorrhoidalia uti vidimus infestans, se etiam in his ut malum haemorrhoidale praebens *B* stasin morborum epidemicam imitaté est; In viro qui dabatur spasmus portarum, minus ut malum haemorrhoidale se praebitus, vesiculas seminales morbose afflixit; spasmus ille in viro datus, periodicus fuit, et quidem periodicus paroxysticus, omni sep-

timana secunda puto, vel tertia dabatur paroxysmus.

Morbi casus.

Nauta granorum 50 annorum Aetatis qui saepius difficultatibus micturitionis passus est, iterum. de novo abhis afficitur difficultatibus postquam paulo ante a morbo epidemico cum labe gastrica copulato, sanatus erat; febricitatio et dolor quandoque vehemens micturitionis, in initio curam antiphlogisticam qui comprobare videntur, pro parte tantum leniri hac cura potuerunt. Usus balsami copaivae cum aethere nitrico alcoholico etiam paululum tantum levaminus Aegro praestare potuerunt; cum Aegri organismus lentitudinem phaenomenorum morbosorum sequitur, et alvus saepius tarda est, ita ut duo illi curandi modi continuo a medela evacuanti comitari debeant, sic cura ultima alteratur cum cannabinorum seminum decoctis, variis cum ingredientibus statui Aegri accommodatis, saturatis; Etiam haec medela Aegro tantummodo malorum quoddam levamen praebuit, ita, ut nunc Aeger per quoddam tempus in statu suo commoretur. — Actio tamen spasmi paroxystica quandoque repetita et adhuctata, de novo opem invitas medicam; queritur Aeger de magna tensitate, de dolore magno pulsatorio

regionis perinaei, de dolore pungente glandis, qui lues augentur intensitate cum quavis facta micturitione; haec micturitio cum dosibus parvis tantum potest perfici; major retentio urinae adest, quo spasmi inflammatorii actio vehementior est.

Hae partium difficultates tam vi quam duratione licet, persistant, organismus quidem interea sensim labefactatur; Segnities functionum corporearum augetur; Status pituitosus ubique in Aegro conspicitur; massâ pilularum gummosarum resolventium e gummi galbano, ammoniaco cum aloe et sapone albo confecta, ab Aegro per quoddam tempus usurpatur; quod in universum, ad Aegri statum corporis, cum emolumento; amittitur status pituitosus; scopus autem pariter spasmum portarum resolvendi, non obtinetur hoc pilularum usu; Actio spasmi portarum paroxystica, paulo post eamdem quae ante momentositatem habet; Fomentationes resolventes refrigerantes antea institutae, nihil boni effecerunt; infrictio perinaei cum unguento mercuriali cum opio quae arridere potuit, non fit. Malum topicum aeque ac ante inflammatoriam conditionem conservat, etiam reliqua organismus dum segnitiem tam functionum organicarum quam vitalium praebeat; Nonne sabina

in tali casu cum fructu tentari potuisset? quid porro in hoc casu faciendum esset, haesitavi; Vires narcoticorum *) quae tam frequenter in morborum dir. gent. rebus angustissimis, optimam opem praestiterunt, organismo dedere tam parum agili, piaculum artis mihi est visum; saepius audiveram de curis miraculosis ab agyrtis effectis, in affectionibus videlicet chronicis post morbos aestuanti corpori potatione frigida citius frigefacto inflictos, remansis; Curae illae perfectae essent factae, haustu parvo guttatim exhibito.

Saepius cogitavi haustum talem certam quantitatem mercurii sublimati corrosivi, (Muriatis hydrargyri oxydati) solutam continuisse, forte et cum narcotico medicamine, qualis verbi causa aqua laurocerasi est, conjunctum fuisse. Hae res putatae, nempe conditio Aegroti morbosa, status morbi topici peculiaris et ut verum fatear curiositas experimentum faciendi cum aliqua solutione mercuriali; haec omnia effecerunt, ut periculum sit factum cum liquore mercuriali swieteniano: Liquoris hujus mercurialis secundum ipsam formulam swietenianam parati

---

*). Ex multis medicamentis narcoticis praeter opium nobis *praecipue* in usu sunt extract aconiti. extract hyoscyami et extr. Belladonnae.

et juxta signaturam illius medici ducis exhibiti, acquisivit Aeger ℥xviii — ℥xii hujus solutionis mercurialis spirituosae Aeger consumsit, sine quod spasmus portarum cesserit; cum reliquis ℥℥ Aeger per duas tresve hebdomades sibi commoratur; nunc haec nunc alia medicamina irregulariter sumuntur, hoc cum eventu, ut sensim cum spasmi portarum inflammatorii topici sublatione, Aeger magis magisque in statum sui corporis putridum inciderit, et a peripneumonia putrida occisus sit, forte in sequelam usus solutionis mercurialis status corporis putridus, et ex hac causa orta peripneumonai putrida accelerata, vel prorogata sunt. Licet conditio corporis Aegroti multo jure ut hujus eventus causa posset accusari, tamen iste casus docet, mercurialium usum protractum ad morbos Gent. Dir. intutiorem esse ducendum: eo magis, quoniam et salivatio exspectanda et ipsa febris mercurialis a directione gentili et occultantur saepe, et obscurantur; Aeger noster nunquam antea malo haemorrhoidali conspicuo laboravit. Quod malum posticum data dir. gent. in altero certo casu vesicam urinariam tantopere invasit, ut excepta sanguinis copia catheter nihil Humidi vesica extrahere potuerit.

§ LXXII.
HAEMORRHAGIA UTERI.

Directio insueta quae morbos hodiernos comitatur, saepius animadversa est. Parcimoniam distribuendi sanguinis, quam directio putata gentilis tam in functione naturali (Menstruatio) quam in speciali (Haemorrhagia critica) observat, annotavimus; materiellitatem causarum morbificarum morbos gentileis comitans, nos non sine causa assumsisse putamus; tenacitas morbositatum spasmodicarum ubique fere se observandam praebuit; Dislocationem reactionum organismi animalis humanae a morbo affecti, in multis corporis partibus et punctis investigare et elucidare, nobis saepe ex voto successit; haec omnia efficere potuerunt, ut momentositatem haemorrhagiae uteri, morbi in aliquibus feminis (duabus) observati, et quidem observati in feminis jam effoetis, pro vero perpendare, et momentositatem tam influxus epidemici quam gentilis directionis peculiaritatum, morbis hujus aetatis femininae hodie competentium, in veram suam lucem ponere conaturi simus: Tempore vernali Anni MDCCCXXIX nonnullae uxores sine aliqua praegressa aegritudine subito ab haemorrhagia uteri sunt affectae; licet morbi hujus nulli prodromi adfuerint, et morbus hic invadens in

individua, quae viiginitatem jam excesserunt, in malum chronicum concludendum esse, Medico insinuare vellet, et haec conclusio chronismi a constitutione stationaria, lentitudinem phaenomenorum in diversis morbis tunc temporis secuta, affirmari cum videretur; tamen hic noster morbus, haemorrhagia uteri minime in omni puncto hanc suam peculiaritatem chronicam sub gentili directione conservavit, sed aeque ac omnes morbi hodierni graves solent, perquam etiam se a vulgaritate illa (U. D. chronica) haec metrorrhagia se distinxit:

In hujus morbi casibus passio quaedam generalis epidemica cum totius corporis gravitate, lassitudine, obnubilatione, et dedolatione praesertim partium pelvim adjacentium se exceruit. et in lingua aegrotantium qualitatem rheumatico subgastricam observandam dedit; haec uteri haemorrhagia tanquam sanguinis fluxus considerata, sistit morbum gravissimum; copia sanguinis quae continuo effluit, ingens est; fluxus perpetuo adest, nunc vero major, nunc minor, ita ut effluxio illa sanguinis, parvis incitationibus paroxysticis gaudere videatur; febris indolis catarrhalis (rheumaticae) cum levibus exacerbationibus hunc morbum comitatur.

Casus I.

Femina rustica aetatis suae, 50 Annos paululum superantis, a morbo nostro vel ab uteri haemorrhagia affligitur; morbus hic ilico ortus est absque ullis prodromis morbum futurum praenuntiantibus; haemorrhagia ingenti copia adest, nunc quidem copiosior nunc parcior, sed continuatur fluxus cum constrictione spastica partium abdominis inferioris; constrictio illa spastica abdominis inter Effluxum sanguinem vix sensationis mutationem Aegrae ullam dat percipiendam; symtomata vel phaenomena catarrhoso gastrica vario modo praebentur; pulsus febrilis quodammodo spastice contractus est, sed non parvus aut debilis hic pulsus duci potest; quantitas vero sanguinis haemorrhagia quae effluxit, et quae effluere continuatur, momentositatem morbi hujus haemorrhagici magnam indicat, quae et Aegram et adstentes haud dubie terrere facit; hae causae duae cum Emphasi postulant, ut huic uteri haemorrhagiae obex ponatur.

Maij 18. *Praescribitur*

R. Laud. Liquid. Sydenham gt. xxx
Spiritus vitrioli ʒiv
Tinct. cort. cinnamom. ℥j
Aquae Menthae ℔j.

m. d. S. Omni hora semivasculum.

Ad partem abdominis inferiorem pannus oxycrato tinctus apponitur.

Quies et frigiditas pro rerum statu diligenter observentur.

Maij 19. Fluxus haemorrhagicus in totum desiit, et animus aegrotae magis est hilaris gravitas corporis, dedolatio partium praecipue pelvim adjacentium, et obnubilatio quae iheri aderant, pro magna parte cum haemorrhagiae sistentia emendatae sunt; sed dolor adest capitis parecipue in fronte, et phaenomena catarrhoso gastrica in universum magis excellunt; haec phaenomena aegrotae sensationem dolorificam omnium fere artuum conciliaverunt ; pulsus magis elevatus est, absque multo robore.

Datur.

I. R. Empl. cephalica N°. 2 temporibus applicand.

II. R. Muriatis Ammoniae ʒj
Sulphat. Sodae ʒvj
Extract. Taraxac ℥β
Rob. Sambuc. ℥ij
Infus fl. chamom. ℔j.
m.

Usui dicti hujus medicamenti et rectae observantiae regiminis, mox valetudo aegrotae relativa subsecuta est.

Metrorhagiae hujus contemplatio.

Morbus hic etsi haudquaquam huic aetatis periodo alienus est, tamen morbus putatus tanquam effectus infectionis epidemicae nulli aetati, nulli sexui nec temperamento quae pepercit, considerari debuit; vel etiam pariter ut effectus directionis gentilis haemorrhagicos morbos hodie more suo proprio moderantis, haberi debuit; non enim malum organicum, non laxitas partium a morbo affectarum (uteri), non perversa applicatio rerum non naturalium quatenus haec scilicet hominis est, ut causam suam agnovit morbus, sed cum febricitatione adest; qui status febrilis post haemorrhagiam sistatam potius auctus quam diminutus est: hoc est, haemorrhagia uteri sistata, febris magis in conspectum prodiit, vel saltem melius a medico recognoscitur, et febris haec haud dubie exasperata esset facta, causa irritans indolis catarrhoso gastricae quae fuit nisi haec a medela post haemorrhagiam sistatam post morbo huic haemorrhagico Gent. Direct. mox insecutam curam medicam, et bonam regularum diaetheticarum observantiam, nisi esset sublata; et passionem morbosam generalem corporis feminini aegrotantis forsitan post se duxisset, vel morbus in pleno vigore forte rediisset,

eodem modo, quo, omnia haec in casu morbi secundo conspiciuntur.

Casus II.

Periodus aetatis feminarum effoetarum nondum vetularum, directionis morborum gentilium privigna; haemorrhagiam uteri tanquam morbum suum gentilem agnoscit, talem scilicet qualem nos describere ausi sumus,

Maij 21. Simili modo altera haec femina ab eodem morbo haemorrhagico afficitur; similis annorum aetatis numerus, idem morbi status qui Aegrae praecedentis, aequales, in omni puncto, in hac altera femina rustica se dant observandi: etiam haemorrhagia ingenti copia adest, sed phaenomena catarrhoso gastrica minus in hoc secundo morbi casu excellere videntur, mixtura medica antimetrorrhagica swieteniana quam in casu priori notavimus, etiam Aegrotae nostrae secundae comministratur, neque fomentatio refrigerans abdominis in hoc altero morbi casu neglecta est; quae et medela in hoc subjecto casu haemorrhagiam cohibet; non tamen tam perfecte sistit, quam in casu praecedenti; etiam haec secunda Aegrota negligit regimen diaetheticum; cum animo hilariori statui morboso mox post haemorrhagiam aliquatenus sistatam, insecuto, vulgares suas

pifactiones recipit, pulsus quoque non adeo, elevabatur post cohibitionem fluxus sanguinei quae medelae medicae huic secundae insequitur, quam uti in casu primo obtinuit; sed celeritatem quamdam observat pulsus.

Maij 26. Haemorrhagia sensim magis magisque iterum fit momentosior; languiditas quae Aegram comitatur, vult cum sistentia morbi haemorrhagici, virium attollentiam; *Praescribitur.*

R. Cort. Peruv. rubr. ℥ij
Coq. s. q. aq. colat. ℔j
adde
Spirit. vitriol. ʒij
tartr. potass. acid. ℥β
Syrup. comm. ℥ij.
m.

Phaenomena rheumatica hic et inde quae nunc adsunt, acquirunt emplastra vasicatorea.

Mai 28

R. Elixir acid. Haller. ℥j
Syrup. comm. ℥ij
Decoct. cort. peruv. ℔j
m.

Mai 29. Haemorrhagia uteri quae quodammodo terminata est, quamdam virium attollentiam post se habet, saltem alacritas animi et potentia quaedam virium cum Aegra ver-

santur; sed phaenomena catarrhalia odiosa sunt.

Datur.

R. Muriat. Ammon. ʒj
Extr. dulcamar
Vin. antim. Huxh. aa ʒij
Acetit Ammon. ℥ij
Rob. sambuc. ℥j
Aquae coctae ℔j
m.

Cum immunitione phaenomenorum morbosorum catarrhalium, huic medicaminis usui sequenti, aliquae emendatio generalis accidit in statu Aegrotae morboso.

Junii 1.

Languiditas iterum postulabit.

R. Pulv. cort. aurant. ʒj
Syrup. comm. ℥j
Decoct. cort. peruv. ℔j
m.

Ulcus quod vesicatoreorum applicatio reliquit, acquirit empl. diapalm.

Junii 8.

Datur R. Elixir acid. Haller, ℥iij.

Junii 12. Febris intermittens accessit, quae videtur plus effectura, quam omnia medicamenta roborantia potuerunt; sed haemorrhagia continuatur, et pulsus etiam in

intermissionibus febris, valde durus et fortis est; systhema sanguineum arteriosum katexogen est affectum; Instituitur venae sectio satis liberalis, et praescribitur.

R. Nitrat. potassae
Pulv. lap. cancror. aa ʒiv
Magnes albae ʒj
m. f. Pulueres no. XVI
d.
S. quater de die pulvis.

Venae sectio facta et usus horum pulverum robur excellens arteriae non tantum emendaverunt, sed etiam conditionem Aegrae laxam conciliaverunt; Usus elixiris acidi halleri repetitur.

Junii 16, Momentositas Haemorrhagiae uterinae iterum augetur.

R. Decoct. cort. peruv. ℔j
Pulv. alum crudi ℈j
Laud. liq- Sydenh. ℈ß
Acid. Sulph. dilut. ℈ij
Syrup. comm. ℥ij
m.

Junii 20.

R. Pulv. alum crud. ʒj
Acid. Sulp. dilut, ʒij
Laud. liquid. Sydenh. ʒ β
Rob. Ribesiorum ℥ij
Aquae coctae ℔j
m.

Junii 21.

R.

1. Potio iter.
2. Pilulae purg.

Junii 24.

R. Decoct. cort. Hippocast. ℔j
Elixir acid. Haller. ℥ β
Syrup. commun. ℥i3
m.

Junii 26.

R. Decoct. cort. Hippocast. ℔j
Tinct. Absynth. ℥j
Elixir. visceral Hoffman ℥ij
m.

Morbus haemorrhagicus nondum sanatus est, verum cohibitus; Inactivitas concoctionis ciborum et appetitus prostratio tamen emendatae sunt. — Haec voco *morbum ducere.* Haec medela gentilis directionis cura palliativa dici merito meretur.

De medela styptica memorandum!

Tempore postposito morbus recidivum cum faceret domari melius potuit, a

R. Laud. liq. Sydenham.
Solut. muriat ferri aa ʒj
Pulv. alum crudi ʒij
Elix. acid. Haller.
Tinct. cort. cinnam aa ℥j
» Aq. ℥viij

Julii. 11. Praescribitur rursus exhibetur decoctum atque corticis peruviani.

Augusti 25, In casu morbi primo ut vidimus cmnia ad normam decurrerunt, aeque primae ac secundae indicationi morbi regulalater satisfactum est; In casu subjecto vel secundo haec non ita obtinuerunt; praecipue symtomata vel phaenomena catarrhalia, quae in morbi principio vel etiam mox post haemorrhagiam cohibitam minus evidentia fuerunt, quam in casu primo obtinuit, scenam in progressu ludere inceperunt, nunc cum diaphoretica nunc cum antiphlogistica medela phaenomena haec obveniri debuerunt; haec quae cum morbosa gastricorum organorum passione et horum inactivitate, tonica medicamenta quae continuo exigisse videri cum possunt, Aegrotam diu in statum illum imbecillem retinuerunt: Hodie Aug. 25 morbi rerum status vix notabiliter

emendatus est; Tres vel quatuor septimanas Aegra aliquatenus convaluit; Nunc vero post Aeris temperiei, paroxysmi epidemici vel operis injuriae expositionem, de novo aegrotat; volumen corporis praecipue in facie, manibus et pedibus efflatum est; Maxillae inflammatione erysipelatosa sunt affectae; post odontalgiam, cujus dolor nunc remisit, pars genae eminenter extensa est; Ardor qui Aegram in palmis manuum et plantis pedum saepe vexat, nunc non solum in hisce dictis partibus est auctus, verum totam corporis superficiem aequaliter occupavit; *Instituitur venae sectio*· Haemorrhagia uteri quae continuo ab initio fere Aegrimoniae adfuit, sine totali saltem intercepedine tanquam fluxus sanguinis quae perduravit, nunc copiosior imo eminenter copiosa perstat; Duratio longa fluxus illius, habitus corporis voluminis efflatus, et cetera signa, quae leucophlegmaticum statum futurum accusare vellent, nequaquam postulare videntur, imo non admittere visuri sunt sanguinis missionem per phlebotomiam artificialem, sine corporis Aegrotantis magno damno; Venae sectio probatoria si ulla arridet, sub missione sanguinis arteria tamen robur ostendit, imo robur arteriae post aliquam sanguinis emisssionem fortitudine augetur. ita ut venae sectio fiat quidem ℥xii: sanguis emis-

sus per quadrantem horam sibi relictus, quidem non gaudet charactere vero inflammatorio, qualiter sanguis ad vs. proxime praecedentem, die Junii 12 institutam, ostentavit; quippe cujus superficies crusta valde tenaci inflammatoria obtecta fuit, tamen et hodie emissus sanguis; nequaquam gaudet charactere leucophlegmatico, cruor est qui maxime in sanguine hodie emisso exsuperat; Impetus morbi, ipsius causa morbi continuata ante omnia cruorem quantitate vel auxit, vel in conditionem exaltatam incitavit; cujus sanguinis conditionis nequaquam accusari potest fluor mucidus, ut ansam qui praebuerit; qui datus, potius imminutionem sanguinis forte fibrosae partis, certius cruoris confecisset; sed accusari potest fluor catarrhalis ut causa hujus, qui durante toto morbi meatu phaenomena eminentia monstravit; Non enim et haemorrhagia per diapaedesin hic obtinuit; quae diapaedesis ut sola hujus sanguinis conditionis causa increpari posset; Uterus inter corporis organa haemorrhagiis subeundis aptissimus, suam qualitatem et suam potentiam fundentem saepius ostentavit in hoc morbo, et etiam in hoc casu subjecto; Etiam symtomata accusata catarrhalia nunc uti vidimus iterum eminent; Excepta haemorrhagia quae tali, hunc morbum, qui una cum morbo haemorrhagico datur, se

praesertim ardore febrili excerentem, sine ipsius haemorrhagiae etiam indole spastica, uterum topice quae imperat, animadvertenda; habeo morbum membranarum: Laxitas harum ubique datur; haec membranarum laxitas saepius quae in morbis datur, sed cui minor plerumque attentio infigitur, cuivis causae morbosae suscipiendae praesertim fluori catarrhali, cujus et continuata infectio verosimiliter sola istius morbi erit causa, membranarum laxitatis causa scilicet sensibilis est; quare vero hic laxitas membranarum cum exaltato vel quantitate aucto cruore sanguinis obtineat, cum post infectionem fluoris mucidi evanitionem cruoris datur, illud quidem tum fluoris differentiae, tum directioni gentili debebitur: Directio universa hasce membranas a labe sua catarrhali affectas, densitate et sanguinis partem fibrosam charactere exsudativo ditare enim solita est. — Aegra nostra etiam imi ventris patitur incommoda, praesertim nunc temporis appetitus omnino dejectus est, praescribitur et datur

a. R. Pulv. cort. cascarill 3vj
Coq. paululum s. q. aq. colat. ℥vj
Sub finem coctionis huic Adde
Pulv. cort. aurantior ʒij
Commisce dehinc cum
Camphorae gr. iv solutae in Spirit. nitr. dulc. ʒij
Sachar. albi ʒiv
m.

b. R. Tinctur. Aloes
Spir. nitr. dulcis aa ℥j
m,

Superandis phaenomenis catarrhalibus et membranarum laxitati his connexae, obveniendo, usus camphorae ante omnia remedia medicamentosa certe fuit eligendus, quare etiam non emendando cruori (flores sulphuris) idem quid praestare posset camphora? Ardor vero cutis qui simul adest quique, sui refrigerationem vult, durante usu camphorae non exspectari potest, omnino evanescurus; hic, uti observatur saepius a medicamine in hoc casu, vero refrigeranti, si non a nitrate potassae, saltem a spir. nitr. dulc. vulgo optime emendatur; combinatio autem camphorae cum dictis medicaminibus symtomata et phaenomena catarrhalia quae ut causa omnium phaenomenorum morbosorum si haemorrhagia quae talis excipiatur, sunt habenda,

optime quae mederi potest, non tantum requiritur, sed etiam cutis functionem normaliorem et magis activam reddendo, perspirationem quae restituit, efficit, ita ut cito post hujus medicamenti usum placida cutis conditio sequi soleat; quare camphora anxie quidem hic desideratur. In hac dyscrasia se commendabit saepius haec formula

R. Camphor. tritae ʒj
Nitrat. potassae ʒiv
Pulv. rad. altheae ℥j
» » liquirit ʒij
m.

Medicus ergo potius ad ardoris sensum gratiorem vel magis ingratum, patientes attentos esse persuadebit.

Potentia medicamenti spirituosi antigastrica *b* cum priori dicto *a* quae comitati est, appetitum non tantum exacuerunt, et sordium atrabilarium evacuationem egregie promovit, sed et exhibitio repetita secundo dicti medicamenti, sensilitatem organorum gastricorum adeo laesit, post haec ut sequens dandum necessario judicatum sit.

Augusti 31 R. Pulv. gumm. arab. ʒiv
Vin. opii aromat. gt. xxv
Syrup. pap. alb. ʒiv
Aquae pur. ℔j m.

Nullae arti medicae rationes obstabunt, quare cura morbi modo facto, et morbi consideratio essentialis, ulterius extenderentur; Profecto cura exhibita sive vocamus palliativam, sive radicalem dicimus, dicto morbo vincendo, non suffecit; nec sufficere pollebit, ubi uti in casu nostro morbus radicem egit, ubi morbus fixatus, ubi morbus ut ita dicam organicus est; Praeter ea nos quae memoravimus haemorrhagia uteri haec gentilis directionis, aetati feminarum effoetae tantummodo propria, excepto sanguinis etiam effluxu saepe copioso et continuato, est morbus sui generis, est affectio topica uteri et partium quarumdam proxime cum utero affinitatem alentium; causam hujus morbi procatarcticam eamdem duco, quam spasmus virginum arguit; causam etiam proegumenem spasmi virginum suam agnoscere velet haec uteri haemorrhagia; Aetas corporis feminini, periodus aetatis directioni morborum gentili obtemperantes, ut causae praecipuae sunt habendae quae morbo formam specialem induunt.

Tempore pubertatis, virginitatis dir. gent. parcimoniam observat distribuendi sanguinis, tempore nempe illo dir. un. quo tam larga manu mittit: Tempore quo corpus femininum effoetum est, et direct. univ. parcimoniam

distribuendi sanguinis ubi observat, direct. gentil. larga manu mittit: Qualitas sanguinis effluentis et facilitas talem reproducendi quae dir. gent. competunt, minus ad nostram provinciam, saltem hic loci non specialiter pertinent.

Etiam essentia morbi vel haemorrhagiae uteri nostrum argumentum affirmat: Haemorrhagia uteri haec consistit in affectione spastica uteri et partium quarumdam affinium; conditio uteri spastica est fixa, permanenter fixa illa uteri conditio spastica in hoc morbo est; Ille spasmus uteri quae haemorrhagias uteri effoeti ad gent. dir. comitatur, licet non gaudeat illis intermissionibus, licet non gaudeat apyrexiae statu, habitum tamen refert et feminae Aegrotae continuo nihilominus sensum imprimit.

Dolorum paturientium.

Haec uteri et partium adjacentium vel affinium conditio spastica cum doloribus parturientibus similem cursum habet, easdem lineas sequitur, vel dilucide eumdem meatum observat, qui in doloribus ad partum verum dantur. — Methodo generali non amoveri potest morbus, ubi radicem egerit, et medicamenta Intensive etiam operantia, ad morbum omnino vincendum uti vidimus, invalida sunt habenda:

Methodus medendi specificus requiritur, ut sanitas aequo modo restitui possit; quod symtomata catarrhalia sint emendata, quod infimus venter a labe sua atrabilaria quodammodo sit liberata, primus quidem gressus ad sanitatem haberi potest; sed spastica uteri et affinium partium conditio curam quidem maximam excitat, talem scilicet qualem dir. gent. vel morbus noster haemorrhagicus praestat, Virtus ipecacuanhae resolvens, virtus ipecacuanhae antispasmodica, virtus praeprimis quae ipecacuanhae competit haemorrhagiam uteri sistendi, cognita est; verum qualitas genuina quae conditioni organi laborantis (Uterus) propria est sub gent. dir. difficultatem opponit, et quidem talem opponit difficultatem haec conditio uteri spastica G. D. ut sufficiens vix haberi possit ipecacuanhae virtus; saltem solius ipecacuanhae virtus in nostro morbi casu sufficiens haberi non potest; exacui debebit ipecacuanhae virtus *), et quamvis nos variorum medicaminum narcoticorum potentiam in affectionibus spasticis gent. dir. saepius comperti simus, prae caeteris quidem arridet *Nux Vomica*.

*), Qui nos propter nostra ludibria inculpandos putaret meminerit: *Helmers* Ja 't pogen zelv' is groots!

Morbus topicus uteri interne postulabit

R. Pulv. rad. ipecacuanh. 3j
» Nucis vomicae gr. xv
» Lap. cancror. 3iv
» Radic Liquir. 3ij
m. f.
Pulv. D. S. omni bihorio cochlearculum.

Quod si tali modo spasticae uteri conditionis sublatio obtineri potest, tunc duratio morbi diutina quae infirmitatem et corporis feminini generalem et uteri partialem conciliavit, roborantia medicamenta vel stimulantia pro verum statu poscet; quae nunc etiam cum emolumento inhiberi poterunt, et praestare valebunt talia, quae ante morbi spastici sublationem non poterant.

Haemorrhagiae uteri dir. gent. contemplatio continuata.

Haemorrhagia uteri itaque quae aetati feminarum effoetae sub gent. dir. propria est et peculiaris, ubi radicem egit, non a methodo medendi communi vinci potest; sed conditio spastica morbi topici in quo hujus morbi essentia intima consistit, necessario curam exigit specificam, vel talem, quae conditionem uteri spasmodicam solvere et tollere potest.

Si autem illa conditionis spasticae uteri topicae amotio a nonnullis medicis physicis ad fluxum sistendum minoris momenti duceretur, quae fluxus sistentia si fieret, in hoc casu solummodo tanquam sequela spasmi topici sublati penderi potest, et quae methodo communi accuratius quam in nostro casu locum habuit, instituta, aequo modo fieri potuisset *), sciont tales medici physici tum sequelarum morbi hujus topici, tum medicinae scientialis aequo pondere interesse, ut morbi pertractatio hanc quam nos elegimus viam prosequatur.

I. Quinam enim est ille spasmus uteri effoeti? et quaenam ejus erunt sequelae?

II. Quamnam utilitatem consideratio tam hujus morbi quam ipsius sequelarum adferre posset medicinaei scientiali?

I.

E Partus humani phaenomenis activis comprobatur, ex testimoniis praeclarorum virorum (Ruischius) verificatur, uterum complexu fibrarum muscularium gaudere: Ex Analogia ergo

*). Rathaniae radix ab hodiernis medicis quae in haemorrhagia uteri sistenda, tantopere laudatur, sed cujus med. novicii vires adhaesivae minus exquisite adhucdum experiri potuerint; num verb. caus. resolv. antispast. num adstring. robor. naturae etc. sint habendae, nobis nondum in usu est.

nos non sine omni causa concludimus, in hujus organi (uterus) passionem morbosam in multis punctis convenientem, cum reliquo systhemate musculari, (diaphragma). Situs vero hujus organi, et functio specialis quam organon illud in reliquam organismum excercet, praecipue efficiunt, ut uterus a reliquo musculoso systhemate in multis abludat; utpote cujus functio et vicaria et intermittens omnino deprehenditur. Peculiaritates autem quae haec uteri spasmus, haemorrhagiam hujus organi comitata, directioni gentili debet, sunt, *Fixitas hujus* quae specialem et continuatam medelam antispasmodicam postulat, et *Periodus Aetatis* quae hanc morbi existentiam non exspectavit. Spasmus uteri haemorrhagicus D. G. organon laesit, quod defunctum est, quod e societate organorum communi jam excessit.

Humanitatis animalis autem genitrix vel organum uteri, periodo effoeto si considerari debet tanquam e societate organorum communi evasisse, illud quidem tantummodo respicere poterit, in functionem vicissitudinalem, quae functio vicissitudinalis tam aetate infantili et puerili quam aetate effoeta quiescit, si etenim statum uteri tempore effoeto passivum agentis cum attentione exquisitiore contemplamur, hanc uteri quietem invenimus non raro esse relativam,

adeo, ut non raro hujus organi hostilem insurrectionem experiamur; quae insurrectio saepenumero chronismo morbida se declarat; hoc fine, ut vel uterus ipse, vel mammae organo uteri in omni tempore amicissimae; talem morbositatem subeant, quae re vera scirrhus est; scirrhus certissime hac aetatis femininae periodo non infrequens observatur.

II.

Directio morborum gentilis quae symtomata anteponit morbo, quae quod ad implicationem nervorum attinet quae morbos partium fibrosarum (musculi et membranae fibrosae) comitatur, tantopere fixitate se excerit, indicium haud contemnendum praebebit suae futurae efficaciae in tale organon, quale uterus morbo laesus est; praecipue aestimandae, prout vel exinde sequelae etiam ad un. dir. reperiundae luculentius deduci queant et debeant, non tantum, verum quae sequelae interse invicem comparatae etiam tam statui morboso uteri effoeti vel alm. dir. vel dir. gent. aeque causitant. — Si enim uteri effoeti insurrectio, quae un. dir. rarius a medicina animadvertitur, antequam ejus sequelae prodeunt, tantum valeat, ut schirrhus hujus sequela sit, quidni exspectari posset talequid secuturum, ubi uti in casu dir. gent., multa omina futurae talis conditionis

per longum tempus conspcuntur! quam obrem existimo saepius quoque ad gent. dir. ex hujus causa scirrhum fore derivandum.

Annon cura radicalis scirrhi nostram thesin pro magna parte comprobare posset, quae cura nempe ad un. dir. quandoque profuit; cura scilicet, quae medicamentum narcoticum *cicutam* proclamavit, ut sui, *schirrhi* specificum? Ita ex, caus. Störckius de narcoticis medicaminibus in genere qui optime meritus est, magnis encomiis celebravit cicutam, ut scirrho specificum.

Quod nos autem velimus hic de vera schirrho quae in carcinoma transire solet, esse cogitandum; et nequaquam de schirrho, ut causa vel effectus effusae et induratae lymphae coagulabilis quae justo habetur, et quae schirrhus ut sequela praegressae inflammationis activae, ad partes glandulosas saepenumero in transsudationem et indurationem abeuns est habenda, quaeque schirrhus malignitatem carcrorum apertorum rarissime acquirit, sed quae scirrhus mercurialium prudenti comministrationi cedere vulgo solet, (etiam in vera linguae scyrrho linimentum ex. ung. mercur. et ung. camphor. non omnis virtutis expers est inventum.) Vix monitu opus est; et quando nunc quod vix dubito, ex hac spastica uteri condi-

tione quae cum haemorrhagia uteri effoeti gent. dir. copulata est, scirrhus vera sequi soleret, ubi haec conditio spastica negligeretur, sponte liquet, quanti pretii sit aestimanda cura illa: quae morbum hunc haemorrhagicum radicitus mederi conatur. — Si cura nostra cum medicamento *Nucem vomicam* quod habet, morbum haemorrhagicum uteri effoeti superare posset in casu, in quo medela communis non satisdat, si cicutae jure merito attribuitur potentia in nonnullis casibus veram scirrhum medendi, sponte quasi sua patebit magna convenientia conditionis spasticae illius uteri cum ipsius sequela *Schyrrho:* Tali quidem respectu cicutae virtus narcotica et resolvens tam scirrhi praecedentem conditionem organicam spasticam, quam praesentem justo indicaverit; talem scilicet, quae atrocissime minatur transitura, verum quae nondum in carcinoma transiit.

His omnibus simul sumtis, non improbabile videtur, scirrhum vel ipsius causam proximam a praegressa conditione spastica cum inflammatione occulta (passiva) sphaerae uterinae coeunte, esse derivandam; tam curatio scirrhi, cicutam comprobantis, quam spastica conditio uteri effoeti cum haemorrhagia ad G. D. congruens, talequid indicare non absimile videntur.

Si quidem haec re in vera arti vel scientiae medicae nullam promotionem potuerint conciliare, tamen viam monstrare vldentur, qua de hoc malo aetatis effoetae vel de schirrho experimenta cum functu fieri possent; et hoc modo directio gentilis, quae identitatis suae conservandae gratia, saepe saltus admirabiles salire coacta est, cuiqne medico, cuique homini gravi, non cavillationi amplius erit, sed aestimationem debitam tandem metet.

Passio hysterica gent. dir.

Hic morbus qui ad un. dir. matrimonio aut melius aut minus bene perfectato proprius, jure merito habetur; (Loquitur experientia cui nullus visus est,) utpote qui in hac aetatis femininae periodo, maximum suum quandoque vehementiae gradum attingit, ita ut hic morbus, vel hujus symtomata, saepe quidem omni curae medicae et omni medicamentorum intensitati resistat; ad gent. dir. qui levior existens, *Vetulas* non raro adficit; in quibus subjectis modulatio peculiaris sensibilitatis adauctae cum torpiditate irritabilitatis (fibrarum) obtinet, hae conditionis non parvum solamen expertae sunt a sequenti formula medica.

R. Olei Succini
Tinct. opii vinos aa ʒiv
Aeth. nitr. alcoh. ℥iv m.

Altera membranarum quam memorata abnormalitas.

Matrona junior urbana non nupta, conditionis corporis tenerae, irritabilioris ac sensilioris, anno 1826 synocho catarrhali sub inflammatorio, cum topica peritonaei affectione conjuncto, laboravit; qui morbus ejusque sequelae diu in statum imbecillem retinuerunt Aegram; ita quidem, ut sanitas quae nunc magis nunc minus prospera fuit, vicissim annis posthabitis ab Aegra usurpetur. Appetitus et coctio ciborum pro exemplo saepius prostratae sunt, et saepius ope medica debent auxiliari; passiones hystericae Aegrotam multis modis quae vexarunt, variae dantur; vel et menses etiamsi fluentes, attamen continuo a dolore topico comitantur: Etiam sedium inconstantia non raro reputationem sui postulat: Haec omnia effecerunt, ut Aegra nunc nostra diversi mode subire debuerit tentamina medica, die 19 mensis Augusti Anni 1831 Aegra passiones nerveas multi varias patitur, jam dictas, vel regionem epigastricam dextram et pectus affligentes; non raro tussi quae terminantur, vel quae dolorem capitis multum post se habent. Aegrota ingenii acumine excellens, has cum magna conditionis suae cura prosequitur.

Pulsus paululum irritatus fere naturalis est; lingua nihil peculiare praebet, exceptts hordeolis glandulosis muciparis obstructis volumine augmentatis, statum praesentem Aegrae autacticae morbosum sat bene indicantibus.

Aug. 24.

Dantur.

R. Mercur. Sublim. Corros. gr. ij
Extract. Aconiti scr.j
Aeth. nttr. alcoh. ʒij
Vin. ant. Huxh. ph. Bat. ℥iv.
m.

R. Decoct. lignorum lege artis paratum. d.


Septemb. 3. Medicamenta data a malorum emendatione insequuntur; cum his hodie et praescribuntur.

R. Scammon. Aleppens. scr.ij
Amijgd. dulc. excort. no. x
Sachar. candid. ℥iv.
m. f. Pulv. no. xx.

Septemb. 27. Major secretae pituitae copia, ventriculum prae caeteris ingravans, atque digestionem laedens, optime a medicamine postico evacuatur, vel diluitur; quod medicamentum in duplo pondere nunc repetitur, et praescribitur de novo sequens.

R. Gum. ammon. ℥ij
—— galban.
Flor. Zinc. aa scr.ij
Sapo alb. ℥vj.
m. f. piiulae consp. carbon. magnesiae.

Abhinc ab usu medicaminum signatorum Aegra sensim, valetudine procedit, et completae sanitatis futurae magna existit suspicio.



CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

---

§. LXXIII.

SOLSTITIUM AESTIVUM ANNI MDCCCXXIX.

Licet in genere constitutio generalis epidemica quae cum directione gentili viget, illud sibi proprium habuerit, quod medicamentorum formulas requisiverit somaticas, vel medicamenta saturatiora, familiosiora, quod sint requisita; tamen hocce tempus illam medicamentorum familiositatem a formulis potius abnegat; sane quidem aliquamdiu ita datum est, ut si omnibus morborum requisitis scienter satisdaretur, in litteris quod tunc inveniretur formula, quidem viribus intensior, verum simplicissima.

§. LXXVI

Practica est multiplex. Zegt A. Fokke Simonsz. in zijn Geschiedenis van Frankrijk

CASUS HEMICOMPLEGII

Femina non gravida postquam menses bis illi defecerunt, ab corporis hemicomplegio corripitur; Non solum motus artuum inferiorum plane disparuit, sed etiam excretionum, puta sedium et urinae evacuationes, involuntarie mittnntur lingua habet conditionem rheumaticam, pulsus subinflammatoriam. Comministrantur Aegrotae talia

---

Véna Portae Porta malorum.

*). Neque ad G. D. haec veritatis assertio fraudavit: Memorabile hoc systhema vasorum proxime primarum viarum delicta monstravit, vel majori sensilitate harum partium, vel conditione atonica et motibus retrogradis (motu antiperistaltico) ipsarum, notatu digna; quae cum emolumento commendata sunt praecepta medica haec fuerunt.

I. R. Ol. Sabinae gt. x
Pulv. rad. curcumae ℨiv (fab. Pechur.)
» Baccar. Laur.
Sachar. alb. aa ℥j
m. f. Pulv. d.
S. omni bihorio cochlearculum.

I. R. Nitrat. potassae ʒiv
Acetit ammon.
Syrup. Rhei aa ℥ij
Infus flor. Arnic. mont. ℥xxiv
m. d.
S. omni bihorio vasculum.

II, R. Olei sabinae
» foenicul aa gt. viij
Sachar. candid. ʒiv
m. d.
S. Intra septimanam primam comedatur Eleosacharum.

Atque nunc in morbi et curae primordio vesicatoreum permagnum ad sacrum, cum altera sua indicatione vide *Unzer* der Artz, etiam doloris topici tollendi scopo, applicitur; quod emplastrum in connubio cum ung. stibiat. post hac parti dictae inuncto, crustam gangraenosam et ulcus satis amplum fecerunt: Utitur Aegra nostra. *Thea Lignorum.*

II. R. Flor. Arnic. mont.
HB. Chelid. major. aa Ab. m
Cort. peruv. gross. pulv. ℥j
Rad. rhei sciss. ʒij
Coq. s. q. aq. col. ℥xxiv
m. d.
S. omni bihorio semi vasculum.

Novemb 10. Criteria Aegritudinea minuuntur; Crurum immobilitas perdurat, pedes turgent.

Novemb. 16. Status rerum vix mutatus est, exhibetur.

R. Sal. mir. glaub. ℥j
Syrup. commun. ℥ij
Infus flor. Arnicae montan. ℥xxiv.

Iteratur eleosacharum. — Femora et crura mox linimentum ex oleo laurino cum ammonia liquida confectum, habuerunt; nunc acquirit Aegre.

R. Ung. de Tartar, emet. ʒiv
S. Semel de die Juncturae sacro iliacae inungendae.

Novemb. 17. Conditio Aegrotae parum mutata est; Turgor pedum et crurum continuat; ad tactum calidiores sunt hae partes, et fere continuo a sensationibus dolorificis, in regione sacra antecellentibus, vexantur; Incontinentiae perseverant; inguina Aegrotae cum fomentatione spirituosa camphorata perpetuo fovebuntur.

Decemb. 19. Omnes loci epidermide, etiam a decubitu denudati, quotidie inungendi cum

R. Ung. Nutrit. ℥xij.

Decemb. 21. Aegra febricitat continuo; evacuationum turbae cessaverunt; in crure dextro

aliquae movendi potentia percipitur; Turgor pedum disparuit: ulcus quod est in coxendice, et ulcera quae sunt in calcibus, habebunt.

R. Mell. Rosar. ℥vj
Tinct. myrrhae ℥iv
m.
S. bis de die solvatur fascimentum.
Eleosacharum repetitur.

Decemb. 22. Febricula remittitur; nuditates aciem praebent laetiorem: Potio medica iteratur.

Novemb. 26. Motus crurum pedetentim facilior redditur.

Novemb. 27, 28. Eleosacharum repetitur; Praescribuntur.

R. Tinct. castor.
» camphor. aa ℨiv
» rad. rhei
» » valer. aa ℨiv
m. d.
S. omni bihorio *digitale*.
R. Ung. Basil.
R. Empl. diapalm.

Decemb. 3. Motus crurum emendatur perpetuo; sinapismi vero antea propria auctoritate apposita, ulcera, ut conspici potuerit, reliquerunt profundiora, quae in ambobus pedibus aponeurosin plantarum solverunt paene omnem, eamque

frustatim promanantem indigitant, haec idcirco praescinditur. In uno pede os calcaneum a periosteo suo orbatum, cariem simulat: Ulcera etiam nostra artificialia coccygis, ob decubitum perpetuum curatione lentius procedunt, queritur Aegra de dolore intolerabili suppopliteorum.

R. Opii pur. scr. j
Fiant Pilulae no. xx
S. quavis vespera Una Pilula.

Decemb. 7. Cura continuabitur subtiliter, dolor subpopliteorum paululum tantum minuitur. Ulcera praebent eumdem vultum dispositio Aegrae phlogistica *) his videtur favere incommoditatibus. Vesiculae gangraenosae acrem saniem quae fundunt ubi rumpantur, passim hic et inde conspiciuntur, aeque ac reliquis ulceribus fundus illis siccus est.

Temporis intervallum dehinc quod intercucurrit, solummodo memorabile vedetur ob ulcerositates varias corporis dudum dictas, quaeque Aegram adspectu miserrimam monstrant,

*). Signa imprimis quae ex habitu petuntur ad G. D. inconstantiam symtomatum vel phaenomenorum confinium ubique ferme observantem, prae omnibus saepenumero phaenomenis vel signis quidem pathognomonicis aestimanda sunt.

Digestio usquedum optime viguit, verum exacerbante febre deficere conatur digestio.

R. Pulv. cort. cascarill ℥iß
Syrup. ribesior ℥ij
Aquae cort. ℥xxiv
m. d.
S. omni bihorio semivasculum.

Decemb. 10. Magis magisque exacerbatur febris male se declarat haec praeprimis dolore urente partium internarum et magna siti: Potus patientis acidificatur cum

R. Spir. Vitriol. ℥ij
Syr. Ribesior ℥iv m.

Febris et uredo partium internarum cum majori siti quae dabantur, post haec cessarunt.

Aegra praebet conditionem maxime debilem, ita ut propter masseterum impotentiam os continuo fere hiet; Pulsus debilis, oedema partium inferiorum.

Cum his quidem ulcera postmodum amittere videntur conditionem suam sub phlogisticam, purificationem quae impedivit; dantur ex ulceribus his quae parietum transsudatione et forte tandem penitus conglutinando sanantur; quae indicabit medelae ratio, quod et post protractum tempus, vulnerum vel ulcerum sanatio, *Prima Intentione* fieri possit.

Hic nobis janua clausa est!

§ LXXVIII.

Observatio medico chyrurgica de ovario coeco morbo usquedum incognito.

OVARIUM COECUM.

Quisnam medicorum, recentiorum factorum non ignarus, est, qui laudem negabit debitam illis medico chirurgis ad varia mala circa abdominis cavum reperiunda, qui in hernias incognitas sed praesentes attentio fieri, operam maximam dederunt. Maxime autem haec examinatio fissurarum vel annulorum abdominis ita umbilici, annuli inguinalis, vel fissurae quae ligamentum poupartii pro operculo habet erit recommendanda, ubi symtomata apparent morbosa, quae et herniis incarceratis sunt communia, vel ipsis tantum propria, veluti in vomitu stercoraceo observantur. Inter plura alia consimilia rustica quaedam in latrina cum labore multo alvum deponens cui talis hernia parva inguinalis *) obtigit, non nisi sero a medico recognita, cum vomitu stercoraceo juncta, nos de hac re optime convincere

*). Hujus feminae filia nupta gravida ad finem ferme graviditatis, herniae femoralis multa incommoda est passa, signo frequentiae hujus morbi in quibusdam familiis quae datur.

potuit; Hernia enim taxi reposita atque decenter obfirmata, omnia symtomata morbosa hic non adducenda, ab intestato disparuerunt, ac femína pristinam sanitatem recuperavi, morti quae jam videbatur proxima.

Omen itaque morborum intestinalium ex illa disciplina multum lucri petivit: Sed si et haec veritas ab omnibus partibus comprobatur, atque tanquam axioma si habeatur probitas hujus encheireseos, *Ego addam:* Illa veritas nonnunquam manca est. Etiam volvulo excepto, experientia me docuit.

Multi Aegri vitam perdiderunt et vitam forte quotidie perdibunt, quibus Aegrimonia putata dicitur, absque quod haec re vera existat; datur Aegrimonia vel vitium quoddam vel malum, quod in permultis iconibus vitio putato (Herniae scilicet) est simile, est nempe *Ovarium coecum*, saepius etiam cum vomitu stercoraceo? Quod apparet, inter causam ejusque phaenomeni effectum quamvis nullus nexus videatur adesse. Qua de re postea nonnulla apportabimus momenta, hanc doctrinam metaphysicam spectantia.

Ovarium coecum est vitium, quod aeque prope annulum inguinalem, aeque prope fissuram poupartii (femoralem) est observatum; Locos scilicet, quos herniae etiam non ab Aegris

vel a medico incurioso recognitae, obsident: Una cum vomitu esse potest morbosum, atque una cum vomitu esse potest integrum vel sanum; quando morbosum ipsum est ovarium coecum, magnam praebere solet convenientiam cum bubone, non tamen chorda illa lymphatica in vicinio suo nisi peraccidens eonspicitur, in vero bubone quae fere adest.

Magna etiam intercedit convenientia inter herniam incarceratam et inter ovarium coecum, praecipue ubi est morbosum vitium nostrum topicum; maxima autem ejus convenientia in suo statu morboso est cum testiculo virili, in statu sano laxe quod propendet ovarium coecum: Vitium saepius in feminis est detectum, licet viri hoc non destituantur: Nomen indere ovarium coecum prae caeteris quidem placuit.

Ovarium coecum est crumena quae intus forte gaudet plicis longitudinalibus verticalibus, irritabilitate est praedita, corrugari enim potest similem forte in modum, quale illud in scroto frigore tacto conspicitur; non morbosum ipsum ovarium coecum multum similitudinis refert cum sacculo herniali; et cum vitium nostrum in utroque suo statu, tum sano tum morboso tam saepe cum vomitu stercora-

ceo *) cum enteritide †) cum gastritide et caeteris passionibus intestinalibus conspicimus conjunctum vel coincidens, mirum non est quod exinde multi homines moriantur, quos sola vitii recta notio servare potest. Ovarium coecum ubi integrum est et pensile, reponi vi aucta potest inter abdominis cavum, quod cum ovario coeco fieri nequit, ubi morbosum diametro auctum et quodammodo durum est.

Utilitas vero repositionis in omni casu nulla est; Perniciosa est haec operatio semper quando morbi momentosioris, ita vomitus stercoracei ita enteritidis causa, hernia putatur, quae non in nostro casu existit; et cum morbi illi momentosiores ita vomitus ita interitis medendi rationem postulant, quae ab hernia reposita multimode vulgo abludit, ita clysmata acriora herba nicotiana quibus ingreditur, omnino respuunt, facile quivis medicus atque chirurgus perspicit, nostram observationem non esse abominandam.

---

*). Alvus quando stipatus est hoc phaenomenon nunc majorem verisimilitudinis gradum (labis herniosae) habet.

†) Probabile est quod ovarium coecum eodem modo quo diximus, cum *Miserere mei* morbo proprie dicto, possit congredi, quando certe ejus complicatio non minorem caliginem secum vehet.

Haec omnia licet dilucide intelligantur ubi malum externum bene recognitum est, et ubi pro meritis dijudicatur, attamen philosophiae theologicae nostro vitio quid subesse, credere possem; nam quare apparet tam saepe cum morbis illis putatis, cum vomitu cum enteritide, quibus cum illi ne minima convenientia a nobis indicari potest? Ut ego opinor *Mundi Rector* indicium magnum excellens ponere voluit, ut et haec res vere elucidari tandem posset, quae non nisi repetitis vicibus curam in se suscipere vel si velis deponere audebit. Nonne etiam talequid simile concedi passim potest èt aliis rebus? ut quaedam recitem!

Interceditne et nexus comparentiae praecipue et opifactionis inter institutores suos et inter surdomutos? inter Heimium et inter graviditatem extrauterinam? Inter Humium.

Hüfelandium et inter typhum? Inter scholam medicam parisiorum (Alibert) et inter exanthemata chronica? Inter anginam polyposam (the croup) et inter medicos nuperiores qui melius hujus morbi indolem perspexerint, ut plura taceam. Licet doctrinam humanam magni existimem, atque putatis actoribus maximam laudis cantelam canere vellem, tamen et recordor clariss. Muntinghii effati.

Et Deus omnipotens nostris conatibus adsit!

§ LXXVIII.

Medicina Gentilis vel Medicinae pars altera per omnes vitae humanae Periodos Mercedes suas venales esse facit.

EFFOETATIO LANGUIDA, NUX VOMICA.

Directio gentilis aeque ac alma directio tam gastricismo (Stahl) quam emendatae brunianismo, simili modo neurodoxiae, simili omni materiae medicae quae obedivit, non nisi ubi rudimenta sua pathologico physiologice eruebantur, ex suis vinculis unquam solvi et liberari potuit. Non itaque cavillatoris est, vel rationem exsequendarum morbòrum formarum ac specierum, quae v. c. partum humanum, quae infantiam, quae juventutem, quae morborum contagiosorum identitatem etc. volunt, vel medendi formularum modos in omni fere pagina citatarum, ex vano mero insultare. Memoravimus nos mox hanc D. G. in genere sanguinis parcimoniam observare, ubi alma directio sanguinem larga manu mittit. in morbis, e c. sthenicis; Hanc D. G. larga manu mittere sanguinem in casu, in quo A. D, parcimoniam

solet observare (Haemorrhagia uteri effoeti). Monuimus nos praeterea, symtomata G. D. propria, vices morborum essentialium gessisse. atque hinc ex ipsorum praesentia quandoque concludi posse, ad principia physica omni tempore data sed solemniter a majoribus corporis functionibus obumbrata, ita thoraeum chyloium; Talequid simile quod diagnosticen habendum est in sphaera genitali, sed in nostro casu omnino praeposterum, veluti et in haemorrhagia uteri effoeti conspeximus: illud tamen non excludit, quod et haec sub variis dir. modificata, in medicinam practicam non tantum accommodabilia sint, verum etiam hanc accenmodationem maxime utilem ac perquam necessariam esse ducendam.

Ab eo inde tempore quo mensium fluxus ad typum desidiae appropinquatur, non raro in oeconomia feminina deteguntur symtomata morbosa quae non nisi ex dishabilitate inter periodum femininum, et inter corpus animale ipsum in quo fiunt, derivari possunt neque debent.

Constant haec phaenomena assidue in contractionibus topicis vel partium genitatalium ordinis primi (uterus), vel in laboribus partium cum his majorem consensum foventium; ita in gastricorum organorum laesionibus, ita in moti-

bus hystericis *) maxume vero designatur haec corporis Aegritudo mensium erroribus; hae (menses) nunc sunt rarae sed abundantes, nunc sunt parcae sed frequentes nunc iterum propter decolorem sunt notabiles; tamen vulgo sic ut Aegrimonia nostra putata per omnem effoetationem quae regnabit; sub his occultetur malis: Haec Aegrimonia corporis feminini effoeti modo uti vidimus sub D. G. evidentiori se offert saepius doloribus. doloribus nempe dolores ad partum verum aequantibus: Aegrimonia haec ad G. D. commode quidem experiri potest, quae ad A. D. forte saepius incognito a vero suo sede aberravit; indeque Aegritudinis causa proxima latere saepius potuit: Causa vero

*). Imperitia vel malevolentia dici quidem meretur, nostrum morbum vel (effoetatio languida) confundere velle cum hysteria vera (passione hysterica), vel etiam cum ipsius connata nymphomania: Posterior morbus vel nymphomania ubi ipsius accessus regulares vel novicii sunt actutum medelam tam antiphlogisticam tam antispasmodicam etc. postulat; haec autem melius terminari saepe posse videtur adhibitis, simul inguinorum fomentationibus plumbum continentibus, uti e. l. in aqua vegetominerali illud inest metallum; vel etiam interne usus sachari saturni, qualis v. c. formula sub § Haemoptysis prostat, num prudenter comministrati, opem ferre posset? Dehoc morbo caeterum valebunt et dicta ad § Hysteria ubi G. D. genuina est considerata, quae inveniuntur.

morbifica proxima vel Aegrimonia quod essentiam suam atque sedem, sive aberravit seu domi versatur, sive idiophatice functionem uterinam pervertitur, sive symphatica sit, in functione genitalium praepostera vel deficiente medicus explorabit consistere hanc morbositatem indigenam: Haec Aegrimonia vel causa morbi quae in sympathiae casu variorum morborum concurrentium ita ad fluoris albi curationem quandoque modificationem subire facere quae posset, est inlominus res, circa quam omnis medicarum cura impendi merebatur.

Tam sequelarum (pejoris quidem ominis! quam incommoditatum vel temporanearum vel periodicarum causa, haec Aegrimonia saepenumero auxilium invocat, atque ubi impedimenta communia dimota sunt, haec Aegritudo mihi videtur immediate aggredienda; praeprimis quia Aetatis periodus patientis per multos adhuc annos jus dicere numerosae saepe familiae et debebit, et posset; quam obrem hujus curationis experimenta maximam attentionem ad se trahere debebunt. Medicamentum quod hujus morbositatis compar est, videtur esse *Nux vomica.*

Cura ita regulabitur, ut in casibus in quibus periodus non plane abolevit, inter quemlibet accessum hujus medicinae pulveris ʒi — 3iʒ

consumatur: In subjectis debilioribus haec medicina alterno tantum die uti debebit, ut ejus medicinae pars dimidia intra statutum tempus comedatur: In casibus atypicis vel typum naturalem medicus imitetur, vel pro Aegrae conditionibus sit signatura varia.

Est Formula.

R. Pulv. nuc vomic. ʒj
» lapid. cancr,
» cort. aurant aa ʒij
m. f. Pulveres no. xxx.
d. s. bis de die Pulv. cum syrup.

Tam diu cum cura continuari debebit, donec vel morbus sublatus est, vel quando vestigia magis alienatae sanitatis conspiciuntur, quae vel medicamenti intermissionem jubent, vel sepositionem hujus adsuadent.

Quando nunc haec medela generatim et instituitur, et successu quod non dubito gaudetur. effoetatio feminina huic sexui erit optabilissima.

§. LXXIX.

NAUFRAGIUM VEL PROCIDENTIAE LYMPHATICAE.

Inter innumera mala quibus plectitur humanum corpus, nullus certe exstat morbus,

in sequelis suis periculosior, quam naufragium. — Malum hoc licet saepius obvium, *) a directione vel morbo gentili tamen procerius sistitur. Vix ulla in morbi initio dantur signa, quae malum futurum praenunciarent: Aegri plerumque nunc diutius, nunc brevius, symtomatibus gastrico catarrhalibus, affectionibus, conditioni huic putatae aequalibus, stipulatis, laboraverunt; quae vel solius naturae operibus, vel ipsius medicinae auxiliis amovebantur; quando clavus dolorificus et se cum hoc combinata chorda lymphatici systhematis una vel altera deprehenditur; tempore brevi in tumorem verum lymphaticum, fluidum quoddam glutinosum, lymphaticum continentem, mutata. — Aliquando hi tumores sunt simplices, et in uno alterore corporis loco tantum deprehenduntur; aliquando sunt quotuplices, suntque hi vel discreti, in variis locis obvii; vel plures simul cohaerere conspiciuntur: attactu molles sunt, et fluiditates suas vitales copiose collectas, commonstrant; Quum longius conservari potuerunt integri tumores, formam glandularum conglobatarum volumine

*). Ita qui A. D. post rheumata non raro insequitur tumor lymphaticus ruptus cum fluiditate sua compages saepe monstrat tacti coagulato vel caseo non absimiles.

auctarum adaequate repraesentant, vel et corpuscula, haec amplificata conspicua faciunt: Negligentius ubi rumpuntur vel scinduntur, vires corporis visibiliter nunc consumuntur, et Aegri citius vel hectice moriuntur vel convulsionibus occiduntur. — Tendinum vel musculorum gladii et partium aponeuroticarum vaginae sunt loci, ab his tumoribus qui plurimum obsidentur. — Longe tamen frequentius hi tumores prodeunt, sine quod ullo, et morbositatis communis, et doloris topici signo anamnestico, declarantur; quas vero in progressu saepenumero adipiscuntur qualitates dictas; atque nunc ut praecedentis ordinis, eumdem decursum significaturi sunt: Tumores hi et cum organismo animali vel si velis cum illius vi conservatrice in minori contactu degentes, ab ipsa medicina parussime quoque tanguntur; si vero hi rupti sunt, adeoque aeris atmosphaerici potentiae sunt expositi, ulcera nunc cito oriuntur, magnam vulgo copiam materiae purulentae fundentia; contabescit corpus febris hectica non valde minitans cum his concurritur, saepe cum topica passione spinae dorsi convulsionibus, clara, quae componitur; mortem brevi instantem annunciantibus. Ita med. gent. ut plerissime solveretur totam physicam in ampliori ambitu

requisivisse certum est sic anatomiam sic pharmaciam.

Tenebrae quibus involuta jacet hujus morbi habitudo cum iis omnino congredi videntur, quibus discrepantia vulnerum affectarum dictarumque partium ita tendinosarum et nervosarum per secula obscurabatur, quam chirurgia recentior demum elucere melius potuerit; ita ut haec ars scientifica facem habeat lucidam quae in hoc morbo saepe multum luminis dat. observavit quippe recentior doctrina chirurgica differentiam inter singulorum vulnerum genus tam quod partium laesarum vel sauciatarum quam symtomatum morbosorum, laesioni dictarum partium insequentium discrimen, praecipue declarari temporis distantia, ita ut quae symtomata in loco conspiciuntur in nervo vulnerato, in parte aponeurotica laesa primum tempore status inflammatorii ipsius, ergo post nonnullos dies observentur: Idem illud in nostro morbo (Naufragium Completum) obtinet: Videtur tale temporis spatium necessario requiri, priusquam reactio formam illam morbi generalem convulsivam spasticam (Rachealgia) efficere potuerit.

Tam epithemata quam emplastra, diversissimamque medendi rationem internam, respuit hic morbus; Longius tamen inte-

gritas ipsius conservari potuit ab hisce formulis.

I. R. Camphor tritae ʒj
Pulv. rad. liquir. ʒiv
» » altheae ℥j
m.
Interne.

II. R. Olei therebinthin ℥iv
Ammon. liquid. ʒij — iv
m.
Externe.

Dum tinctura assae foetidae et organismo vehementer labefactato et ulcerositatibus hujus duplici modo occursare solita est.

Optandum sane foret ut haec cura dictum simonidis jure suum facere posset, omnia mecum porto!

Laudari quoque meretur in hoc morbo

R. Opii pur. scr. j
Nitr. »
Sulphuret. calc.
Pulv. succ liquir. aa 3iv
m.

§. LXXX.

DIRECTIO MORBORUM DUPLEX VEL MIXTA EXISTERE POTEST.

I. Mixtae directionis tum almae tum gentilis specimina prostant : ita *Medicina interna* notavit pleuritidem tomentosam (Pleur. pseudomembranacea) et materies medica medicamentum sulphur (flores sulphuris) dare consuescit, salvis reliquis extr. dulcamarae ceterisque, quod cum tartritide potassae acidula saepe conjunctum, hujus morbosae dispositionis, vel directionis mixtae malorum par esse valet. *)

II. *Medicina externa.* Mixtae hujus directionis characterem stabilivit rheumatismus gangraenosus, cui opem dedit fotus.

R. Infus flor. chamom.
» » sambuci aa ℔j
Acet. veni ℥iv
Sal ammon. ʒiv
m.

Praecipue cum haec cura externa interne a cura comitabatur antiphlogistica.

---

*). Peripneumonia quae D. G. peripneumonia apoplectica homo haematodes sub D. M. potius paralytica et egenorum fuit.

Tam decursus morbi gratia quam directionis mixtae existentis ergo casum hunc morbi variolosi perhibebimus.

1831.

§ LXXXI.

CASUS MORBI VARIOLOSI

Nauta granorum anni aetatis suae 35 die vigesimo Augusti sub curam nostram medicinalem pervenit postquam paucos dies ante extra communium civile nostrum habitaculum inivit in quo Aeger est morbo exanthematico Aegrotans, qui morbus non pro variolis veris, (de echte kinderziekte of menschenpokken) haberi potuisset. Prima morbi phaenomena quae in nostro Aegro se manifestarunt, fuerunt affectio morbosa organorum gastricorum quae affectio hoc in tempore magis vulgaris in morbis illi medelam, antigastricam acidulam subministravit; Etiam Aegro semel fit venae sectio; Elapsis åbhinc duobus diebus, ut emendata sunt phaenomena gastrica, angina datur; Aegro deglutitionem quae reddidit difficilem acquirit nunc Aeger gargarisma ammoniacale cum oxymelle simplici, eum hoc potionem pectoralem emollientem antiphlogisticam; quocum postico medicamine ad diem Augusti trigesimum continuatur. Interea species

pectorales comministrantur cum angina post biduum illius existentiae emendatur in Aegro nostro variolae verae prodiderunt ebullitio in capite incipit et finitur normaliter cum coeteris corporis partibus gradatim prodeuns exanthema capitis sunt variolae confluentes brachiorum et manuum confluentes et discretae; Tumor capitis et fluxus salivalis valdequam eminerunt; Pulsus continuo gaudet charactere inflammatorio, illumque servavit ad diem mensis 31 hodie 31 signa adsunt plura pronationem morbi in conditionem putridam indicantia quapropter Aeger acidum sulphuricum dilutum in mixtura mucilaginosa acquisivit haec duraverunt in diem 6 tum Septembris. Aug. 28. Variolae universali suppuratione ditantur, atque sedium tardus electuarium laxans acidulum impetravit Sept. 4 suppurationes vel desquamationes capitis sunt valde erythematosae; Pseudomembranae acrem ichorem continentes obtegunt palpebras clausas Sept. 6, Aeger hisce fovendis acquirit aquam goulardi cum tinct. camphor. die 12 pulsus iterum inflammationem habet, Aegro datur potio antiphlogistica die 14 cum hac cortex peruvianus cum tartritide potassae acidula; Desquamatio hoc die nondum perfectato est; Singulis in natibus adest variola succedanea vel furunculus pus habens: Empl.

diach. gumm. liberi familias antea sunt vaccinati anno 1831 quoque in Bierum ubi Aeger decumbit multae vaccinationes sunt factae a nobis, conversatio cum Aegro parca fuit, adeoque contagiositas hujus morbi ni sileat in pauca individua se confinire debebit.

§ LXXXII.

CHOLERA IPSIUSQUE PROPHYLACTICUM *ad annum* 1831.

Rogant sibi homines, europaeos, curam medicam indorum ante secula quidem gessos, quis quaeso error deceperit morbum indiae familiarem, per bina emissoria vel sursum deorsumque materierum fluidarum et consolidatarum multam copiam everrantem, fellis profluvium aut choleram cum dicerent?

Artistae nos domestici rerum admirabilium adeoque et ignorantiae et stultitiae sectatores, morbum nobis indigenum, similia ac quae in Cholera Indiana observabantur, edentem, similibusque fere phaenomenis stipatum, similiter Choleram diximus.

Paucis verbis dicam nunc et ego quid sciam! Ex itineratorum missis, e situ indiae orientalis geographico cum multa certitudine

novimus coelum calidum incolis Indiae continuo adesse; Annum nobis in quatuor temperies divisum, ver aestas autumnus et hyems, Indis potius totidem epochos conficere, et siccitatis et humiditatis.

His quoque addi licet; quod scilicet suspicandum sit hoc, testimonia quamvis desint; Noctes siccitatis Indis sunt frigidiusculi et noctes humiditatis illis sunt calidiusculi.

Regioumilia et cum hac major pars europae talem telluris situm tenet, ut, etsi transscensio unius anni temperiei in alteram in universum cum multa lentitudine ac lenitate fit, adeoque quod moderatior coeli temperatura aeque suos tam siccitatis quam humiditatis epochos monstrans regioumilianis vulgo praesit, tamen extremos tempestatum excessus vel frigiditatis vel ferviditatis haec quotannis fere indicet, — Omnium itaque conditionum morbificarum qualitates sub vario coelo remotiore ut et calido percipiendas, talis orbis terrarum situs qualem regiomilia habet exhibere quod possit, gradu ac qualitate reciproca solummodo diversas, non mirandum est; sed ex analogia haec deduci possent, silente etiam experientia: Sic quoque icon quem med. gent. quando de gastricismo actuali incolarum nostrorum egit, multa habet quae talia probarent.

Atque ita Indis organa gastrica focum morborum esse continuum, nemo sapiens infiteri potest; quare autem haec morborum dispositio nunc se excerat motibus febrilibus, nunc passione cholerica, illud quidem ad ta teia referre curiositati satisdare debebit. *)

Nos domi aeque Choleram vidimus ab assueta diversam, illamque diversitatem nostri morbi ad morbum Choleram archipelago indico propriam, retulimus, directio gentilis in morbis etiam exoticis gignendis. cum valde dextra fuit.

Sed si verum est quod ille morbus asiaticus vere atque semper extiterit mox quod audivimus, an ille morbus illic locorum vel diopathicus vel contagiosus fuit dicendus? inquiri licebit dissertare multa De qualitatibus specificioribus Indiae meteorologicis seu magis seu minus dicto morbo faustis dedecet, non nostrae auctoritatis est quod haec lis componeretur; Juvat ergo et nefas haberi non potest nos tantummodo quoddam comparationis specilegium proferre.

In regione quali regiomilia ubi sub dictae temperei transitu excessus fortior nunc unius

---

*). Matyor differentiae habitualis ratio quae interpolatur est num haec Cholera·habenda vel idiopathica vel contagiosa cujus duplicis existentiae exempla dantur.

aeris qualitatis, nunc alterius non infrequenter datur, morbus qui perspirationem impeditam pro causa habet, familiaris est; et hic morbus catarrhus regiomiliae fere unicus est pro relationis specimine cum indorum Cholera nobis qui se offert. Sed num contagiosus? de hac re idem est habendum quod de Cholera indorum, dupliciter quippe observatur:

In India Cholera morbns a permultis scilicet et mort de chien dicitur; haec forma: morbi momentosior sine dubio contagiosa est atque ita identitatem et Cholerae contagiosae et mort de chien maxime convenienter habeamus, cum idiopathica hoc nomine indigna simpliciter Cholera titulabitur.

Contagiosus saepissime observabatur etiam apud nos catarrhus mucosus (Een stinkende verkoudinge) ad mensem Novembris, cum idiopathicus in omni fere anni tempestate oriri ac deprehendi potuit huncque nostrum morbum Cholerae vicem nunquam gessurum post cognita gentilia quis contendere auderet?

Antiquiores illi medici causam Cholerae proximam absque dubio bilem habuerunt; et siquando clyma sub quo et aeris constitutio cum qua hic morbus vulgaris fuit, quando etiam conditiones quibus cum ille morbus apud nos extitit, consideramus, si quando proluviorum

generis aeque rationem habemus, nemo non ibit inficias huic morbo Cholerae nomen immerito fuisse inditum, morbum ipsum consistere in affectione spasmodica viarum chylopoyeticarum medicina gentilis pariter ac universalis vidit; quod itaque huic affectioni plerumque major bilis secretio vel ipsius bilis alterata conditio A. D. locum habere debeat, non est quod ambiquatur, quod vero cum idem morbus Indiae peculiaris, quando epidemicus mort de chien, et locum natalem desertus, barbariores regiones petens, valde remotas et longinquiores coeli ac telluris plagas pervagatur, multa phaenomena peregrina sibi domi minus familiaria, sistere, debeat, praecipue quoque cum ut tali itineri aptus redderetur, pro vehiculo stasin aeream illi in casu solito quodammodo inversam, assumserit, toti mundo manifestum est.

Sclssitationes anatomicorum, physiologorum et pathologorum de historia Hominis naturali factae. satis ac sufficienter patefecerunt, vitae organicae vitae vegetativae nervorum praesidium prae socio cerebrali imprimis systh. symphatico competere: cujus praesidii organon principalius sunt primae viae, harumque decanatus facile ventriculo conceditur: Amicitiam quam illud dictum systh. cum toto corpore

humano fovet, medicina gentilis annotavit, neque inimicitiam quam cerebrale systh. saepenumero vitae vegetativae praestat, illa medicina reticuit.

Satis certo nos convictos habere possumus Choleram morbum nobis rariorem quin in re vulgari semper idiopathicum, Indis familiarem haud raro epidemicum mort de chien, ut e loco suo natali emoveretur, vehiculo donatum esse illi solemniter omnino insolito; atque ut cum comitio suo iter sine impedimentis facere posset, etiam in indole sua valdequam esse mutatum, tantummodo bilis retentio quae hodie semper in illo morbo observatur, et cujus evacuatio melius sanationis signum significavit, illud ex facto evinceret, etiam omnibus caeteris suae hodiernae peculiaritatis signis deficientibus.

Morbus hic more giganteo qui nostram nunc patriam minatur, innumerabiles victimas jam post tergum suum qui dedit, multas certe magnasque diversitates sibi in loco natali (Archipelagus Indiae) non convenientes, monstrat, quod naturae curiosi hodie sat bene observare potuerunt, atque literis mandare non neglexerunt.

Morbi nostri endemici post stasin epidemicam gentilem, stasi mixta imperantur; quae

stasis soliditatem duplicis morborum directionis vel almae vel gentilis non refutat, remittente enim altera, altera exacerbatur. *) Si nunc quod suspicari potest ab initio forte existentiae suae Cholera morbus ille similiter directione mixta regitur nullam alterationem apud nostrates experiri debuit morbus, atque tractationem suam duplici modo probabit, pro variis Individuis Aegrotantibus variam; atque haec curandi duplicitas omnino satisdaret, si non vis morbi ipsa illas organismi humanae potentias reagentes simul cum impetu suo profligaret. Sed si talis tantaque vis morbi si talis impetus in omni quidem subjecto a Cholera afflicto conspicitur, qua in re illa consistit?

Cholera nostra idiopathica (Sporodica almae directionis socia, est morbus etiam primarum viarum; illis viis praesidet systh. nervorum symphaticum; hoc systhema more suo solitario copiam fluidi sui naturalis demittere facile solet; praecipue illud obtinet in loco ubi irritatio morbosa contranaturalis stimulat; facilitare conatur adeoque systhema organo in functione sua etiam nonnaturali adimplenda.

---

*). Duplicitas nempe melius chemicorum metallicis praeparatis conveniens vel oxydatis vel oxydulatis vel mixtionibus mere mechanicis.

Ad dir. gent, morbos praesidentur primae viae ab influxu vel actione systh. cerebralis praeprimis nobis illud patuit in sphaera uterina genitali hujus partis epigastricae saepenumero admodum amica, in casu solito systh. symphatico maximopere obtemperaturae minor itaque vis protrusiva in Cholera nunc quae obtinebit in bilis retentione conspicua, jure maximo systh. cerebrali dicari potest; functio dynamica organorum abdominalium minus activa datur; cum actio organica magis protrusiva in morbis nonnullis gastricis, lienteria e. c. saepius detegi potuit. Indicio quod et morbi adspectu maxime convenientes non raro re vera discrepent.

Ex iis quae auctorum relata retulerunt, quaeque nos contulimus, haec constare videntur, — contagiositas Cholerae hodie europam nostram etiam devastantis, omnino conveniens haberi potest cum contagiositate formae morbi gentilis typhoideae, cum paucis notis medicina gentilis quam notavit tam aeris conditione epidemica quam miasmate propaganda: nam tempus praesens nostrum similem morborum directionem vidit ast non Choleram: Sic et diligens separatio suo tempore multis asylo fuit, et populum certum asiae montanum a morbo liberare potuit. Nundinae asiaticae a mercatoribus sedulo frequentatae, mercedem

per omnem russiam deportantes, Choleram in moscoviam urbem (Moscou) deferre potuerunt; morbus autem pro eo tempore petropolin (Petersburg) pertingere non potuit. Directorium cerebrale valdequam continentia se in Cholera manifestare solet, vis ipsius systh. concentrica majorem in modum est augmentata; In morbo nostro idiopathico universali endemico systh. symph. actio omnia quae ad manum sunt, omnia quae planum morbidum in penu suo continet, vel proxima illi sunt protrusivit; ita contenta fluida et solida, ingesta bilis succus pancreaticus gastricus entericus, sunt haec omnia mobilia in hoc morbo quae amoventur. Quod non ita in morbo Cholera mort de chien. Nemini quidem dubium est Cholerae hujus aeque locum dispositum inficiendum esse tractum org. intestinalium praeprimis ventriculum causa morbida vim suam exeerit praecipuam in hunc tractum, atque ille modo suo reagit in causam stimulantem, non autem ut in re vulgari modo protrusivo, verum concentrico; constrictivo; occluduntur non tantum minora vasculorum ostiola, sed et majora strictione spastica inficiuntur; muci secretio et succi gastrici enterici additamenta non solum retinentur, etiam ductus biliferi ductus choledochus et ductus

pancreaticus hujus retentionis haberi possunt esse participes; major ambitus systhema remplacans quem nunc amplectitur totum systhema musculorum in consensum rapuit: spasmi clonici multivarii oriuntur; non solum spasmis systh. musculosi tonicis, vehementissimis se nunc excerit morbus, omnes artus diversis modis vellicantibus; Sed etiam systhemati vasculoso tantopere hi spasmi se communicant, ita ut ipsius laticis vitalis motus ad corporis periphaeriam haud raro totaliter tollatur; fluida ad interiores partes pulsa, stagnationes subeunt. Viscerum parenchymata sanguine obruuntur ac onere suo occumbunt; Excercitii planities autem aeque organum gastricum pari modo in constrictionibus illis spasticis ac musculorum implicatur doloribus localibus systh. hujus indicatis.

Unde nunc copia illa magna materiae delinquentis et sursum et deorsum educenda? In hoc nostro morbo tractus morbidus in speciale organon morbosum secretoreum mutatur; fit planum secretoreum primarum viarum morbosum specificum in multis punctis cum respirationis negotio commune, cum hoc discrimine quod in nostro plano morboso obtineat functio praeternaturalis systhematis nervorum cerebralium dynamica, cum in respiratione fit

functio naturalis organica; haberi potest planum morbosum inficiendum esse siccum (Vadum) reactione sua specifica quod fit humidum quidem pluviosum: In functione respirationis obtinet quod omnes norunt decompositio aeris atmosphaerici in nostro morbo Cholera mort de chien fit decompositio materiei aethereae magneticae: Polus frigidus systhematis nervorum cerebralium praeses in mort de chien talis qualis hodie europaeorum nuptias celebrat, non adeo in sua qualitate forsan specifica, quam quantitate alienatur. Natura hac materie aetherea magnopere cum abundat; magnam et maximam copiam hujus fluidi sine multo labore haec subministrare valet, nec ullo modo in quodam corporum ambitu hac exhauritur vel privatur; accumulatio hujus decompositio atque hujus evacuatio tam diu juxta planum morbidum fiunt, quamdiu planum illud reactione sua morbosa negotium suum perficere valet, ita ut ad finem functionis hujus praeternaturalis organismus hujus evacuationis non amplius aequalis deficiat; nihilominus tamen post mortem adhuc haec operatio quodammodo more habituali perdurans est observata sine quod in multis casibus status morbi spasticus quo nunc auferri potuerit. Ingens mortalitas morbi reformidabilis

pro certo habere illud possumus a forte ac omnia caetera obumbrante infectione systh. cerebr. aliena spastica derivanda est atque haec adumbratio minuetur pro eo modo quod haec infectio aut vis aliena vel melius vel Aegrius domari vel deflecti potest. Priusquam nunc quod invasio Epidemiae nos capere posset, maximopere in illud allaborandum esset, et omnis cura impendi deberet, ut generalis quaedam flectura Epidemiae obvia fieret. — Talis scopus in homine ipso praesens optime attingi potest adminiculo quod perpetuo activum, propulsivum motum humorum versus partes internas imminuat, et quod solidorum potentiam ad corporis periphaeriam facilitat unoductu quod cerebralis systhematis actionem errativam ad locum naturalem ex facto determinet; ferro talem qualitatem potentialem confiso committi posse neutiquam absurdum est: Lamellae ferreae aeque plantis pedum aeque palmis manuum appositae et continuo gestatae optima prophylactica in Cholera hodierna numerari debebunt; vel commodius: armillae chalybeatae et compedes ferrei sine intercepedine gessi partes antibrachii et talorum arctius cingentes, qui vel elastici facti vel articulatim juncti vitae sociali vix ullam incommoditatem pariunt, sumantur; in nudo

corpore qui tamen portari debebunt: hi licet miasma non delere, nec contagiositatem morbi demere possent, majorem mortalitatis gradum tollere non, recusabunt; utpote quae tanquam adminicula sumta, desiderio et timore captis, uti in caput bonae spei respicientibus navigatoribus fit postquam diu undis et cum fluctibus luctati sunt salutis portum illa quod in vicinia annunciant, sic haec vincula metallica Cholera patientibus magnam continuo praestabunt utilitatem et medicis campum artem suam rite excercendi amplum reddabunt; qui curam medicam Cholerae re in vera nunc rationalem facere poterunt.

Admonitio.

Inter plura curae huic rationali saepe valdequam obest maxima oris siccitas cujus phaenomeni tamen Aegrorum ataxia nullam emittit querelam, maximopere a medico attendendam: Decoctum rad. altheae vel simpliciter edulcoratum sumtum vel cum antiphlogistico junctum vel ab acido min. sulphur. diluto suppositum, aut ab excitante ita ammonia vel Aethere quodam congregatum optime huic conducit, vel balsamus copajvae cum syr. sacharato v. gr, ʒiv ad syr. ℥iv bonum linctum dedit.

R. Balsam. capaiv. ℥iv
Syrup. commun. ℥iv
m. f. Linct.

S, assidue unum vel duo cochlearcula.

In uno casu cum sulph. aur. ant. ubi combinabatur, pulmonum exsudationem pariter emendavit.

Cum spectrum neque hanc nec alteram medelam laudare amplius posset.

Crisis.

In genere fuit crisis morborum gentilis directionis generalis, id est notum habitum ostentavit; ubi casus se ita non habuit, interdum directio gentilis effecit naenias; quae nunc risum, nunc miserationem movere possent; quae nunc puerilia sua nunc atrocitates simulant; Tamen vel sic, ut in multis punctis vulgariores crises imitari cupiverint.

Reconvalescentia.

Cum Epidemica constitutio etiam sanos non intactos reliquit, ejus inficiendi vis ultro liquet: cura medica cum sese imprimis ad morborum symtomata aptare debuit, saepius seminium morbificum (causam propriorem) sibi geniodedit; Non raro tamen reactio virium

vitalium seminium morbidum usque adeo emendavit, ut sanitas laesa in salubritatem restitueretur; praecipue illud obtinuit, ubi reactio morbosa vel organismus reagens ab artis ope adsistebatur; alioquin reactio a via legali omnino aberrare consuevit; veluti ad crises conspiciemus. Praeterea adamat directio gentilis opem medicinalem, et amat medicamenta haec directio ita verbi causa duo merborum casus ejusdemque conditionis morbosae, quorum alter vel naturae operibus relinquitur; alter autem opem aptam medicam acquirit, prier casus morbi ubi omnia bona a naturae reagentis ope exspectantur, reactio haec licet multum videatur efficere, quod multum, etsi etiam naturae legibus omnino aptum judicetur: alter casus qui medicamenta idonea competit, et in quo medicus rem deliberat, licet minora uideantur facta; Posterior modus tamen fere semper omnino postea comprobabitur melior; Posterior modus vel per totum vel saltem pro parte Aegrum a morbositate salvavit; ita ut rarissime vel nunquam, illud symtoma vel ille idem morbus redeat; non ita in priori casu causa etiam minima eumdam qui ante morbum, vel quidem idem symtoma vulgo producit; cura mediea operatur per vices, naturae vires operantur per annos et forte per longaevitatem.

Constitutionis actionem esse paroxysticam *) posthac liquebit. — Actio et reactio corporis et talis opifactio causae epidem. quae § XIII inveniuntur, multum lucis affulgent de hac materie, vel de reconvalentia Aegrorum. Luculenter itaque habeamus, dogmata quaedam ad dir. un. fere omnivalentia uti pro exemplo I medicus naturae minister, II quo natura vergit, eo ducenda; ad dir. gent. multo vilioris pretii esse. *Pulsus sanus urina suna ct Aeger moritur vel chronismus gentilis:* si ad D. G. saepenumero prope mortem Aegrorum maxima febris hecticae insurrectio obtinet ita ut haec magnam virium evolutionem ostendat, sic e contrario in casibus morbi organici quarumdam partium momentosissimi in quibus *curatio* succedit *cujus* lingua naturalis magnum indicium habet, reactio generalis quandoque omnino obdormit, ita ut cum signis numeratis Aegri inopino non raro moriantur.

Reconvalescentia gentilis in totum definiri non potuit teste morborum natura humorali et sanus factus cum creberrime ut renatus conspicitur.

---

*) Ad quamlibet fere passionem chronicam localem, gentilem complicationem quae agnoscit, intra paroxysmum active versari, extra paraxysmum spectatorum agere saepe praestat. Quod morbi topici curam radicalem.

POSTDICTA.

Claudite nunc rivos pueri!
Sat Prata biberunt.
Virgil. Ecclog.

Et cum his finem opusculo nostro imponemus, veri simillimum est; quod si lucem videbit, maxime variantibus et diversis dijudicationibus erit submissum opusculum: Incitamenta componendi hujus certe non praejudicationes fuerunt, sed potius amabilitas quaedam contemplandarum rerum physicarum ab infantia usque mihi propria; cum vera morborum existentia hodierna insueta, ansam praebuerunt; Qui enim praejudicium tale posset exspectari ab homine, bis fato inexspectato ab academiae lectionibus qui avulsus est; Bis sub conspectu examinum medicorum a tribunali medico abreptus, potius putari deberet de obstaculis quae opponuntur assumtioni talis directionis morborum aliter modificatae; Nonne talequid in medicinae tyrone firmius haerere adhuc exspectari debet, quam in medico veterano, qui saepe propter delusiones quas theoria quotidie pati viderit, minoris quidem pendet medicinam rationalem, etiam vulgariorem?

Interea constat dari duplicem morborum directionem; quarum altera gentilis, licet

scholae medicae haud adoptanda, nostra tamen stasis hodierna epidemica suam existentiam extra dubium posuit; Et quamvis generalis assumtio hujus duplicationis in genere nociva ducatur, vel forte re vera sit; haec tamen causa non sufficiens videtur, ut haec altera veritas ex campo scientiarum omnino arceatur: Non invocabo historias omnium fere aevorum quae talem directionem morborum minus notam, annotaverunt ex his enim Erasmi colloquiorum praefationem citare sufficiet; verum nihilominus certum est, hoc, si morborum indolem dir· gent. concernamus, me hercule! Eadem fere nebula quae veterum mentes obumbravit, etiam adhuc hodiernorum aeque mentes obfuscit, si itaque fastidiant medici labores nostros, aut comprobent! Valeant!

Ego mecum confido hasce in opusculo ductas lineas in praejudicii expertibus non omni virtute fore destitutas.

Addere Licet.

Ut cum aliqua certitudine evictum est, stasin morbosam a via legali deflexisse, cura medica aliam sibi quoque elegit semitam, neque poenituit.

Dictum meum

Jacob Simons Groenewolt.

Qui fuit medicinae studiosus in Academia quae Groningae est.

Auctoris dijudicatio de opusculo et de directione gentili.

Hominum scientia hodie την φυσιν conspexit incurie se exuentem; sed simul vidit voraginem sibi periundi novam. — Vel uti canit poeta sulmonensis. — Inscius Actaeon vidit sine veste dianam, praeda fuit canibus nec minus ille suis.

Nota Bene.

Observata haec omnia sunt sub patre meo Simon Jacobs Groenewolt praxin medicam chirurgicam et obstetriciam qui jam per annos hic loci cum omni requisita libertate legali et scientiali excercuit. Vester Amicus.

J. S. Groenewolt,



INDEX.

QUAE SIMUL LECTURAE CORRECTA HABET.

---

pag. 2 cun	*lege* con	pag. 5 qni	*lege* qui
» 7 rnm	— rum	» 10 rnut	— runt
» 10 tis	— sis	» 12 sum	— sam

Caput Primum.

pag 14 An *lege* Au pag. 19 op *lege* ap

» 21 *Pellagra* hac voce subintelligitur morbus exanthem. papul. foveas cutis profundiores livido circulo cinetas cum statu corporis aegrorum, nervoso ataetico sistens *lege* Num *Exanthema arcticum?* Tempore periodorum quoque non raro quoddam Exanthema Puellarum cubitos obsidet; quod posticum?

Caput Secundum

pag. 25 tata *lege* ta pag. 26 es *lege* os

pag. 27 op *lege* ap pag. 27 ne *lege* re

pap. 31 qnod	*lege* quod	pag. 31 cen	*lege* con
» 32 mele	— mole	» 33 fuc	— func

*

§ 9. *Conditio cutis et vasorum lymphaticorum (absorbentium) sub hac Epidemia.* pag. 36.

pag. 37 hn *lege* hu pag. 37 me *lege* mo

§ 10. *Morbi ad G. D. proprietatem specialem commonstrant.* pag. 39.

pag. 39 ete *lege* etc

§ 11. *Exanthema acutum febrile* pag. 39.

pag. 40 addes *lege* ades

§ 12. *Exanthema Chronium.* pag. 42.

pag. 44 nentes *lege* nentis pag. 44 lentior *lege* lentiori

§ 13. *Ulcus Noma.* pag. 45.

pag. 45 rnm *lege* rum pag. 46 quiemn *lege* quinem
» 46 resolutio fusionis *lege* resoluti fusiones
» 47 qnam *lege* quam pag. 49 lac *lege* loc
pag, 49 huae — hae » 49 huaec — haec
» 50 alhi — adhi

§ 14. *Morbus humoralis vel morbus G. D. amat corporis periphaeriam.* pag. 52.

§ 15. *Febris Frysipelatosa.* » 53.

pag. 53 fere *lege* ferre pag. 54 ficem *lege* ficiem
» 54 cura — care
» 55 lympha serum *lege* lympha vel serum.
» 56 huae *lege* haec pag. 58 pag. 182 *lege* pag. 208
» 58 febirs — febris » 59 ommon — ammon
» 59 si — Nota si.

§ 16. *Resolutio telae cellulosae.* pag. 60.

pag. 60 man *lege* mam pag. 60 trico *lege* trici
» 61 lio — lia — 62 ma — me
r 62 quaere — quere

§ 17. *Angina.* pag. 63.

pag. 64 indi *lege* judi
» 64 Gutturalium, Inflammationes hae superficialas; Angina talis Ad febrem *lege* et ad febrem
» 65 clan *lege* clau pag. 65 mome *lege* momen

pag. 65 colu *lege* collu pag. 68 expasae *lege* expansae

§ 18. *Pars corporis homogenea.* pag. 68.

pag. 69 vitati *lege* vitali pag. 69 jec *lege* jac
» 71 eu — su » 71 hahet — habet
» 73 quidem nunc *lege* quidem cautius nunc
» 73 diri *lege* deri pag. 73 sectio vel *lege* sectio ut
» 74 Analysis *lise* analysis synthetica
» 77 psen *lege* pseu

§ 19. *Exitus coustitutionis epidemicae morbosae vel cachexiae insolitae.* pag. 78.

pag. 79 nnsub *lege* sub pag. 79 prima *lege* primas
» 80 onem — one » 80 oni — one
» 81 fueru — fuerunt
» 81 indurabantur *lege* indurabantur. Phtysis tuberculosa.

§ 20. *Status hypersthenicus* pag. 82.

pag. 85 liene secretam *lege* liene secernendam vel secretam
» 85 denec *lege* donec

Caput Tertium.

§ 21. *Morbi pectoralcs.* pag. 86.

pag. 88 homi *lege* humi pag. 88 ra *lege* gra
» 88 va — ra » 89 mium — nimium
» 91 veum — veam » 92 tnm — tum
» 95 potui — potuit » 95 lary — lacry
» 97 compexu — complexu » 68 tali — tale
» 98 Inde a *lege si pleuriiidem* usque ad, vel finiendo cum', *abbreviare poterunt* tuto regulae perstringantur, difficiliores intellectu atque exiqui pretii cum deprehenduntur.
» 98 condito *lege* conditio pag. 102 ultili *lege* utili
» 103 sputatio — C sputatio » 105 specibus — speciebus
» 105 obvi — obve » 105 acuitis — acutis
» 106 modo alias *lege* modo et alias
» 111 qui — qui
» 112 orom — arom » 112 nill — mill

pag. 113 vel hydro *lege* vel hujus cum hydro
» 113 antispasmoelidi ancter — antispasmodica leniter
» 113 praescripsimus et — praescripsimus nunc et
» 113 Liquiritiae — Liquiritiae etc.
» 114 frigdi *lege* frigidi pag. 120 varis *lege* varia
» 120 infen — infan » 120 gnosi — gnosin
» 121 melsus — melius
» 122 ipsuis doloris *lege* doloris ipsius

Caput Quartum.

pag. 124 iliud *lege* illud
» 125 idem quod *lege* idem quid

Caput Quintum.

pag. 126 lora *lege* losa
» 128 sese offerebant *lege* sese cum vi offerebant
» 129 ae *lege* oe pag. 130 latilia *lege* latili
» 131 con — com » 133 affec — effec
» 137 fibrili — febrili » 137 exigius — exiguis
» 138 brano — brana

pag. 139 yeto *lege* yeti

pag. 140 exsis *lege* exis

Caput Sextum.

pag. 143 qoud *lege* quod pag. 143 cor *lege* cer
» 143 pares — praes

§ 27. *Purificatio Puogenia.* pag. 148.

pag. 149 consistentian *lege* consistentiae
» 150 cavivit *lise* cavit
» 154 solumodo *lise* solummodo
» 154 aa ʒi — aa ℥i vel ℥β

§ 28. *Mortificatio sub gentili directione* pag. 155.

pag. 155 meotas *lege* metas
» 156 Aqua calis vira *lege* Aqua calcis virae

Caput Septimum.

§ 29. *Morbi symtomatodes.* pag. 157.

pag. 159 simi *lege* semi pag. 163 Nouro *lege* Neuro
» 170 cumulta — cumula » 172 oub — ob
» 173 antes — ante » 173 momen — monen
» 174 sulsphu — sulphu » 176 adhud — adhuc

Caput Octavum.

§ 30. *Principia physica.* pag. 139.
§ 31. *Definitio principii lactici morbose affecti vel stimulati* » 180.
§ 32. *Casus affectionis recentis principii lactici.* » 180.

Caput Nonum.

§ 33. *Morbi abdominales Gastrici.* pag. 182

pag. 189 quae partes *lege* partes quae
» 190 des *lege* dis pag. 190 tummi *lege* tumni
» 193 insolu — insalu » 195 cium — cicum
» 197 excita — excitat » 199 antum — autum
» 207 savente — favente » 209 Balla — Bella
» 212 Oxym. simpl. ʒii *lege* Oxym. simpl. ℥i

pag. 215 ama *lege* aman pag. 216 βii *lege* ℥ii
› 217 mel commun. feltaur inspissat *lege* mel commun aut feltaur inspissat cum vel sine sale quodam alcaline commixtorum.
› 217 simili *lege* similis
› 220 spasmodico *lege* antispastico
› 221 mins oxymelle — cum oxymelle
› 222 requissi *lege* requisi pag. 225 antem *lege* autem
› 226 generalis — generales › 226 imdedi — impedi
› 227 Lrac — Trac › 230 tentia — tentiae
› 232 canf. — conf.

Caput Decimum.

Caput Undecimum.

pag. 240 faeniae *lege* Taeniae
› 241 Pilulae *lege* Pilulae continuata
› 242 Peroxysmus *lege* Paroxysmus
› 243 Pati vel admittere — Sinere

Caput Duodecimum.

pag. 247 magi *lege* magis pag. 250 nedi *lege* nudi
› 250 visi — vesi — 251 adsol — absol

pag. 255 ummo *lege* umno
» 256 sub decursus hujus quierunt *lege* in decursu hujus subierunt.

§ 42. *Vaccine.* pag. 256.

pag. 256 indifi *lege* indefi

§ 43. *Inflammatio nervi symphatici magni* pag. 258.

Caput Decimum Tertium.

§ 44. *Species morbi chronici* pag. 262.

pag. 262 nico *lege* nica pag. 264 Ind *lege* Iud
» 264 sulphaur — sulph. aur. » 267 Aesthi — Aethi

§ 45. *Facta et facienda.* pag. 267.

§ 46. *Topicae affectiones Capitis.* » 268.

pag. 269 derun *lege* detrun pag. 270 exitare *lege* excitare

Caput Decimum Quartum.

§ 47. *Apoplexia.* pag. 272.

pag. 274 aegro *lege* aegre

§ 48. *Cardialgia.* pag. 278.

pag. 280 Thea chinensis caeterum in morbo gentili optimam Ptisanam dedit
» 286 Rödererus tamen veritatem (*derivanda videtur*) posteriorem in Icone spectabilem fecit.
» 288 bosan *lege* bosae pag. 290 nitroi *lege* nitro
» 290 descriptionem *lege* descriptionem hic et illic dispersam.
» 294 nolln *lege* nolu
» 294 Intertitium *lege* Interstitium
» 295 peculiariter — peculiaris
» 296 colo *lege* calo

§ 49. *Hydrocephalus* pag. 296.

pag. 299 condito *lege* condltio
pag. 299 nappetens *lege* inappetens
» 299 ques *lege* quaes

Caput Decimum Quintum.

Caput Decimum Sextum.

Caput Decimum Septimum.

Caput Decimum Octavum.

Caput Decimum Nonum

Caput Vigesimum.

Caput Vigesimum Primum.

Caput Vigesimum Secundum.

Caput Vigesimum Tertium.

pag. 417 ecjus *lege* ejus pag. 417 laban *lege* laben
› 418 quodma — quodam › 424 didsise — didisse
› 424 matione — mationem
› 425 opiato et *lege* opiato vel et
› 429 haper *lege* hae per pag. 429 came *lege* cam
› 429 parito — paritio › 429 eaterus — eatenus
› 430 riatonem — rationem › 435 rail — rali
› 436 Balaea — Balnea › 436 huae — hae
› 441 quadantentus *lege* quadantenus
› 442 libri *lege* librii pag. 445 gentilis conf. pag. 225
› 448 ym — Lym › 456 altotio *lege* altatio
› 458 dulicis — dulcis › 465 qiu — qui

Caput Vigesimum Quartum.

§ 71. *Rachitis et Atrophia infantum.* pag. 468.

pag. 470 cendem *lege* cendum pag. 471 tiopem *lege* tionem
› 472 inti — indi › 472 sal — al
› 472 mius — minus › 473 fari — farc
› 475 bunde — bundae › 475 bosae — bose
› 475 vald — valde › 476 maorem — majorem
› eyanthematius *lege* exanthematis
› 479 madi *lege* medi pag. 180 perv *lege* parv
› 481 valeren — valerent

Caput Vigesimum Quintum.

§ 72. *Hysterismus catamenialis.* pag. 482.

pag. 484 latur *lege* lantur

§ 73 *of* 70. *Exanthema uvearium.* pag. 486.

pag. 487 ov *lege* ovi
› 488 cum vero *lege* cum itaque
› 489 refriga *lege* refrige

§ 74. *Spasmus Virginum.* pag. 490.

pag. 492 effln *lege* efflu pag. 493 hand *lege* haud
› 493 frusta — frustra › 495 eies — elas

pag. 495 tumide *lege* tumidi pag. 497 absion *lege* abscon
» 499 apperi — appari
» 500 potasj. acid. *lise* potass. acid.
» 504 oloe *lege* oleo pag. 505 exigisse *lege* exegisse
» 06 intuito — intuitu » 508 mns — mus
» 08 quodem — quodam » 508 solutis — solutus
» 508 natia — nata » 510 levaminus — levaminis
» 510 adhuctata — adauctata » 510 invitas — invitat
» 513 nai — nia

§ 75. *Haemorrhagia uteri.* pag. 514.

pag. 517 iheri *lege* heri pag. 517 pareci *lege* praeci
» 520 pifac — opifac » 520 vasi — vesi
» 521 immuni — imminu » 524 rursus — atque
» 524 lalater — lariter » 533 verum — rerum
» 534 sciont — sciant » 534 naei — nae
» 537 spcuntur — spiciuntur » 589 functu — fructu
» 589 onis — ones

Caput Vigesimum Sextum.

§ 75. *Solstitium aestivum anni* 1829. pag. 543.
§ 76. *Casus Hemicomplegii.* » 543.

pag. 543 tnn *lege* tun pag. 544 Ab m *lege* manip 2
» 545 Aegre — Aegra
» 546 tinct. myrrhae ℥iv *lege* tinct myrrhae ℥iv
» 546 aciem *lege* faciem pag. 547 vedetur *lege* videtur

§ 77. *Observatio medico chyrurgica de ovario coeco morbo usquedem incognito.* pag. 549.

pag. 549 lan *lege* lau pag. 550 ravi *lege* ravit
» 2 inter — enter

§ 78. *Medicina gentilis vel medicinae pars altera per omnes vitae humanae periodos mercedes suas venales esse facit.* pag. 554.

pag. 555 accen *lege* accom pag. 557 inlo *lege* nilo
› 557 dicarum — dicorum

§ 79. *Naufragium vel Procidentiae lymphaticae.* pag. 558.

pag. 559 rore *lege* rove pag. 60 parus *lege* parcis
› 560 ita et haec medicina malum ducere potuit
› 560 I. Interne R. Olei Juniper ʒij
Bals. copajv. ʒvj
Spir. nitr. dulc. ℥iʒ
m.
› 560 II. Externe R. Axung porci ℥i
Spir. vin. camph. ʒiv
Tinct. cantar. ʒi

§ 80. *Directio morborum duplex vel mixta existere potest.* pag. 563.

§ 81. *Casus morbi variolosi.* » 564.

pag. 565 prodide *lise* prodie pag. 565 factato *lege* factata

§ 82. *Cholera ipsiusque Prophylacticum ad Annum* 1831. pag. 566.

pag. 568 matyor *tise* mojor pag. 572 sporo *lise* spora



MEDICINA

GENTILIS.
